


De Plutarchi Moralium codicibus quaestiones selectae.

Scripsit

Victor Hahn.

CRACOVIAE.
SUMPTIBUS ACADEMIAE LITTERARUM CRACOVIENSIS.
APUD BIBLIOPOLAM SOCIETATIS LIBRARIAE
1905.

Seorsum impressum e Tomo XLI Dissertationum philologicae Classis
Academiae Litterarum Cracoviensis.

Cracoviae. — Typis Universitatis Jagellonicae, provisore J. Filipowski.

De Plutarchi Moralium codicibus quaestiones selectae.

Scripsit

Victor Hahn.

Quamquam multi iam viri docti in Plutarchi quae dicuntur Moralibus recensendis strenue versati sunt, tamen hucusque neque editionem criticam, quae eo nomine digna sit, neque ipsorum codicum plenam accuratamque descriptionem habemus. Omissis veteribus editionibus, quae suo quidem tempore aliquid valebant, nostris tamen temporibus minoris momenti sunt [1]), in iudicium vocabimus quattuor editiones, Wyttenbachianam, Duebnerianam, Hercherianam, Bernardakianam, in quibus id vituperandum est, quod recta collatione codicum destitutae sunt. Ac primum editio Wyttenbachii etiamsi collationibus multorum codicum nititur, tamen maxima collationum pars non a Wyttenbachio ipso, sed ab aliis neglegentius facta est [2]). Deinde Duebnerus minime accurata Conti collatione, quam ille ex codicibus Parisinis fecerat, usus est [3]). Tum Herchero non contigit

---

[1]) Cf. de editione Aldina (a. 1509), Basileensi (a. 1542), Stephaniana (a. 1572) Xylandrea (a. 1570, 1572, 1574), tribus editionibus Graeco-Latinis (a. 1599, 1620, 1624), Reiskiana, Hutteniana adnotationes Wyttenbachii in editione Moralium (Oxon.) vol. I. praefationis p. 78/135 passim. De editione Reiskiana cf. etiam Wilamowitzium: Hermes XXV. 200, 208.

[2]) Plutarchi Moralia, id est opera exceptis Vitis reliqua. Oxonii 1795—1830 Lipsiae 1796—1834. Cf. de editione illa praefationem Bernardakii in primo volumine Moralium. Lipsiae 1888. I. p. V—VI.

[3]) Plutarchi scripta Moralia emendavit Fredericus Duebner. Parisiis 1841. (Plutarchi operum volumen III. et IV.). Cf. recensionem Keilii (JJ XXXI, 25—39) et Bernardakii l. l. p. VI—VII.

ut conficeret editionem, quae utraque, quam modo nominavimus, praestaret, ceterum etiam ille nonnullos codices praeter aequum magni aestimavit[1]). Cum denique G. N. Bernardakius primum novae editionis volumen in officina Teubneriana a. 1888 edendum curasset, omnes, qui Plutarchi operibus studebant, eam multo prioribus meliorem futuram esse sperabant, quoniam Bernardakius et multos novos codices adhibere et omnibus libris in Plutarchi Moralia scriptis uti et ex priorum erroribus discere potuit. Sed studiosos spes fefellit. In collatione enim codicum saepius a collationibus aliorum differt atque discrepat, omittit in textu restituendo nonnullos insignes codices, profert vitiose aut non satis accurate coniecturas aliorum, quo factum est, ut ne haec quidem editio textui recensendo multum consuleret[2]). Quam editionem rectissime vituperavit Wilamowitzius, qui multis vitiis in collatione et emendatione textus indicatis „mercenariam operam" appellavit[3]).

Simili modo E. Kurtzius, vir Plutarchi peritissimus[4]), et Spiridion Vassis[5]) multis vitiis editionem Bernardakianam laborare

---

[1]) Plutarchi Chaeronensis Moralia ex recensione Rudolfi Hercheri. Volumen primum. Lipsiae 1872. Cf. iudicium Bernardakii de hac editione in praefatione I voluminis Moralium p. VII.

[2]) Plutarchi Chaeronensis Moralia recognovit Gregorius N. Bernardakis. Lipsiae 1888—1896. 7 volumina et epilogus.

[3]) Cf.: *a)* Commentariolum grammaticum III. (Gottingae 1889) 26; *b)* Zu Plutarchs Gastmahl der sieben Weisen. Hermes XXV. 196—227 (passim); *c)* recensionem editionis scripti Plutarchei „de cupiditate divitiarum", quam paraverat Patonius (Londoni 1895), insertam actis diurnis, quibus inscribitur: Göttinger gelehrte Anzeigen 1896, 326—340 passim.

[4]) Berliner philologische Wochenschrift 1890, 1999—1202; 1892, 552—564; 1896, 289—294; 1897, 1133—1136; Blätter f. bayr. Gymnasialwesen 1890, 523—532; JJ 1891, 433—44.

[5]) Cf.: *a)* Περὶ τῆς γραφῆς Πλουταρχείων τινῶν χωρίων. Ἀθηνᾶ I. 327—332.

b) Νέαι παρατηρήσεις εἰς τὴν ὑπὸ Γ. Βερναρδάκη γενομένην ἔκδοσιν τῶν Ἠθικῶν τοῦ Πλουτάρχου. ibid. II. 162—8.

c) Κριτικαὶ παρατηρήσεις εἰς τὸν β' τόμον τῆς τοῦ Γ. Βερναρδάκη ἐκδόσεως τοῦ Πλουτάρχου Ἠθικῶν ibid. III. 270—7 et 408—18.

d) Σύμμικτα. A. Πλούταρχος. ibid. III. 391.

e) Κριτικαὶ παρατηρήσεις εἰς τὸν γ' τόμον τῆς Βερναρδακείου ἐκδόσεως τῶν Ἠθικῶν τοῦ Πλουτάρχου ibid. VII. 283—8; 461—80.

f) Πάρεργα. ibid. VIII. 81—108.

g) Πλουτάρχεια. ibid VIII. 266—272.

h) Συμμικτὰ κριτικά. Πλουτάρχου Ἠθικά. ibid. IX. 48—50.

i) Κριτικὰ σημειώματα εἰς τὰ Πλουτάρχου συμποσιακά. ibid. X. 133—48.

demonstraverunt. Postremo G. N. Hatzidakis et K. S. Kontos [1]) de editione Bernardakiana severissimum, sed iustissimium iudicium fecerunt atque multas vitiorum labes in ea esse ostenderunt.

Venimus nunc ad historiam Moralium criticam, quam nostris demum temporibus nonnulli viri docti tractare coeperunt. In quorum numero primus Bertholdus Muellerus in praefatione libelli Plutarchei, qui inscribitur: „de animae procreatione in Timaeo", disseruit, quo modo codices inter se cohaererent, qui ordo librorum esset [2]). Post Muellerum imprimis Maximilianus Treuius non solum accuratissime singulos codices descripsit, sed etiam multa, quae ad ordinem librorum Moralium pertinent, rectius exposuit [3]). Quibus nonnulla adiecit Wilamowitzius [4]) aliique viri docti, huic quaestioni dediti; attamen haec omnia non eiusmodi sunt, ut rem ad umbilicum perductam esse censeamus.

Cum autem in libris virorum doctorum nonnulla, quae ad rem Moralium criticam pertinent, non satis accurate enarrata esse perspexissemus, iam in nostra dissertatione primum omnes codices nobis cognitos recensere, tum de ordine, quo Moralia traduntur, denique de codicum generibus agere constituimus.

I.
Codices Moralium describuntur.

Libros vero non solum omnes meliores, qui nobis noti erant, in iudicium vocamus, sed etiam de iis, qui minoris momenti sunt, agere placet. Codices describere ita instituimus, ut eos secundum

---

k) Περὶ τῆς νεωτάτης ἐκδόσεως τῶν Πλουτάρχου Συμποσιακῶν. X. 469—482 et XI. 220—5.

[1]) Ἀθηνᾶ. XIII (1901) 462—712. Cf. etiam l. l. p. 416—462.: Chatzidakis „Ἐλέγχου ἀναίρεσις".

[2]) Plutarch über die Seelenschöpfung im Timaeus. Breslau 1873. Gymnasium zu St. Elisabeth. Bericht über das Schuljahr 1872—1873.

[3]) *a)* De codicibus nonnullis Parisinis Plutarchi Moralium narratio. Jauraviae 1871.

b) Der sogenannte Lampriascatalog der Plutarchschriften. Waldenburg in Schlesien 1873.

c) Zur Geschichte der Ueberlieferung von Plutarch's Moralia. I. Waldenburg in Schlesien 1877, II. Ohlau. 1881, III. Breslau 1884.

[4]) Cf. supra p. 2, adn. 3.

bibliothecas, in quibus collocati sunt, enumeremus, rem autem a codicibus Parisinis incipiemus [1]). Monemus etiam Moralia iis numeris a nobis significari, quibus in codice Parisino Graeco nr. 1672 (E) notantur [2]).

I. Codices Parisini.

Bibliotheca Parisina nationalis continet 58 codices Moralium Plutarchi, qui in textu recensendo non eadem auctoritate sunt [3]). Collationem complurium codicum dedit Contus a. 1821—1823, cuius collatio, quamquam laboriosa, minime tamen accurata est, quare cautissime usurpanda est. „Conti Plutarchus collatus f. quadr. n. 396—398" in supplementis bibliothecae Parisinae collocatus, tria volumina continet, quorum primum et secundum habent collationem codicum, tertium autem ipse Contus „compulsionem" vocat, in qua ad singula scripta farrago lectionum digesta invenitur. De apparatu illo ita iudicat Duebnerus: „Codices Plutarchei, quos thesaurus ille condit magno numero, a Graeco homine cum Reiskiana editione collati fuerunt omnes, non perfecta quidem accuratione, sed multo certe melius ille rem administravit, quam ii quibus Wyttenbachiani amici idem negotium demandaverant" [4]). Treuius autem affirmat Contum „eam rei criticae facticandae rationem adhibuisse, quae recentioribus artis praeceptis minime responderet" [5]). E codicibus Parisinis gravissimi sunt hi:

I. A, nr. 1671, scriptus anno 1296 [6]), continet Vitas atque Moralia 1—69 eodem ordine atque codex E [7]). Quem codicem e bibliotheca Ioannis Lascaris et Ridolfii manasse K. K. Muellerus demonstravit [8]). Moralia duabus columnis exarata, ab una manu scripta, Vitas sequuntur, sed a Moralibus incipit nova computatio paginarum.

---

[1]) De catalogis codicum cf. praecipue V. Gardthausen: Sammlungen und Cataloge griechischer Handschriften. Leipzig 1903.

[2]) Cf. tabulam primam.

[3]) De catalogis codicum cf. praecipue librum V. Gardthauseni.

[4]) L. l. praef. vol. III. p. 2. [5]) De codicibus etc. p. 17.

[6]) Cf. Treuius: Zur Überlief. etc. I. p. VII.

[7]) Sic iam Wyttenbachius statuit l. l. I. 1, p. LXXII; Muellerus non recte affirmavit codicem A alium ordinem atque codicem E habere (l. l. p. 5, 8, 12).

[8]) Centralblatt für Bibliothekswesen 1884, I. 408. (πίναξ τῶν βιβλίων τοῦ Λασκάρεως). Cf. etiam P de Nolhacium (in Mélanges de l'École de Rome, 1886, t. VI, n. 27) et Reinachium (Plutarque. De la musique. Περὶ μουσικῆς. Édition critique et explicative par H Weil et Th Reinach. Paris 1900, p. XXXIX. i.).

Adhibuit nostrum codicem Wyttenbachius, Duebnerus, praeterea Volkmannus [1]) et Reinachius [2]) ad s. 39, descripsit Treuius [3]) et H Omontius [4]). Quomodo codices A et E inter se cohaereant, infra in recensendo codice E demonstrabitur.

Codicem nostrum a Maximo Planude (nato c. 1250—1260, † ante 1310), conscriptum esse coniecit Wyttenbachius [5]), qui affert hanc adnotationem e codice A post verba: εἰ δὲ ὁ τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων χρόνος εἰκὸς δὲ τῶν γενομένων in s. 22. (cap. 23): „οὕτως οἶμαι δεῖν γράφεσθαι· εἰ δὲ ὁ τῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων χρόνος εἴκοσιν ἐτῶν ὁ μέγιστος ὥριστο τῶν δέκα ἐτῶν ἀπογενόμενον". Eadem adnotatio in codice Parisino Graeco n. 1672. (E) est: „ὁ κυρὸς (Wyttenbachius falso καλῶς legit) μάξιμος ὁ πλανούδης οὕτως οἴεται δεῖν γράφεσθαι· εἰ κτλ. Wyttenbachius librarii adnotationem in codice A manu Maximi Planudis exaratam esse censuit. Sed scriptura Maximi Planudis ut demonstravit Treuius, alia est, quapropter Wyttenbachio assentire non possumus: adnotationem illam scriptor codicis A ad verba ex alio codice exscripsit.

In codice Marciano Graeco 481, quem Maximus Planudes mense Septembri a. 1302 conscripsit, legitur manu Maximi Planudis index Plutarcheorum Moralium eodem ordine, qui in codicibus A et E invenitur. Qua ex re a Maximo Planude illum indicem e codice, qui codicibus A et E similis erat, descriptum esse coniecit Treuius, codicem E tamen illud corpus non esse; nam in illo codice scripta 70—76 asservantur, quae apud Maximum Planudem desunt. Sed codicem A in conscribendo illo indice ante oculos Maximum Planudem non habuisse demonstravit Treuius (cf. supra p. 5).

Sententia Treuii haec est: Maximus Planudes habuit corpus simile codicibus A et E, quod Vitas et Moralia 1—69 continuit. Quoniam autem codicibus A et E adnotationes Maximi Planudis insunt, fuit illud corpus ab ipso Maximo Planude collatum [6]). Quae opinio postea epistulis Maximi Planudis confirmata est; nam in 106

---

[1]) Plutarchi de musica ed. Ricardus Volkmann. Lipsiae 1856.

[2]) L. l. p. XXXIX.

[3]) De codicibus etc. p. 10—11; Zur Überlieferung etc. I., III—XI. (cap. I.: „Die codices Par. Gr. 1672 und 1671 und ihr Zusammenhang mit Maximus Planudes").

[4]) Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la bibliothèque nationale. Paris 1888, II. 118, 120.

[5]) L. l. I. 1, 4 (praef.), VI, 2, 756. [6]) Zur Überlieferung etc. I. p. X. sq.

epistula huius viri, anno 1295 scripta „ad Alexium Philanthropenum pincernam", haec leguntur: „ἐμοὶ δ' ἔδοξε τὰ τοῦ Πλουτάρχου γράψαι βιβλία· πάνυ γάρ, ὡς οἶσθα, τὸν ἄνδρα φιλῶ· δεῖ τοίνυν ἔχειν μεμβράνας" etc. Quo ex loco apparet eum iam ante a. 1294 [1]). Plutarcho studuisse, cum inde ab eo anno non vidisset Philanthropenum, anno vero 1295 codicem Moralium conscripsisse.

II. B, nr. 1675, s. XV, continet 526 foliis Vitas et Moralium 36 scripta hoc ordine: 31. 68. 69. 66. 30. 64. 67. 55. 46. 47. 41. 42. 43. 44. 49. 50. 53. 56. 22. 23. 52. 65. 58. 34. 70—77. 38. 40. 4. 5. [2]). Hunc codicem ex Italia Parisios allatum esse verisimile est [3]). Wyttenbachius codicem B ex E exscriptum esse censuit, quod non rectum esse Treuius demonstravit, propterea quod B aliquot locis lacunas habet, ubi textus codicis E integer est. Praeter codicem E solus B s. 70—77 exhibet.

III. C, nr. 195, s. XII. (secundum Patonium s. XI.) continet Moralium s. 1—9., de versus heroici differentiis, de versus caesuris, figuris et affectionibus, 10—19. 21. 44—47. 55. 23 fr. [4]) Treuius codicem hunc e codice Parisino 1211 emendatum esse arbitratus est [5]). In s. 23. duplex recensio servata est, cuius lectiones enotat Bernardakius [6]), quarum alteram antiquam recensionem appellat, quae in hoc codice sola reperiatur, alteram, quae simili modo in aliis codicibus exstet, recentiorem esse affirmat. Wilamowitzius vero recte adnotat lectiones illas tantum interpolatas esse [7]). Nihilo secius duplex illa recensio accuratius inquirenda est.

IV. D, nr. 1956 [8]), saeculi XI. exeuntis (sic Treuius) [9]), vel XII. ineuntis, continet 185 foliis s. 2-19. 21. 22. 68. 69. fr.

---

[1]) Maximi Planudis epistulae ed. M. Treu. Vratislaviae 1890. p. 142. vv. 36 sqq.; cf. p. 263.

[2]) Ad nr. 68. 69. contulit eum Hubertus Pernotsius. Cf. Plutarchi Pythici dialogi tres rec. G. R. Paton. Berolini 1893 p. VII., ad 70—76. Treuius l. l. II. 12—37. In nr. 70. collatus est a Duebnero in usum Winckelmanii (Eroticus ed. Winckelmannius 1836 p. VIII). Ex codice B quosdam libros in editione Aldina (a. 1509) p. 909—1050. exaratos esse demonstravit Treuius (l. l. II. p. 5—8).

[3]) Treuius. l. l. II. 38.

[4]) Treuius s. 21 in indice omisit, at Bernardakius (vol. I. p. XXVI.) affirmat fol. 238—248 r. exstare s. 21., quod s. 44. sine titulo sequitur, spatium autem relictum esset, in quo titulus rubro scribendus erat.

[5]) De codicib. Paris. etc. p. 6. [6]) L. l. I. p. XXVI. sq.

[7]) Hermes XXV. 202, 2.

[8]) Omontius: l. l. II. 170—1. [9]) De codicibus etc. p. 6.

Quem codicem Hercherus [1]) et Bernardakius [2]) magni aestimant, alii vero viri ut Wyttenbachius [3]), Treuius [4]), Larsenius [5]), Patonius [6]), Vassis [7]) minoris esse momenti dicunt. Atque Wyttenbachius eum non meliorem codicibus Mosquensibus iudicat, Duebnerus [8]), qui codicem ipse non contulerat, sed tantum collatione Contiana usus est, propter multas interpolationes, quae codici nostro inessent, minoris fecit, simili modo Larsenius et Patonius codicem interpolatum esse suspicantur. At Bernardakius dissentit primum in volumine I. suae editionis [9]), tum in dissertatione, quae inscribitur: „De Plutarchi Moralium codicibus, praecipue de codice Parisino D. n. 1956" [10]), siquidem D praestantissimum omnium codicum, qui Plutarchi Moralia complectuntur, esse existimat [11]). Interpolationes autem codicis eo modo interpretari studet, ut „is qui codicem D descripsit, interdum aut ea, quae sive in margine, sive inter versus archetypi adnotata fuissent, in textum bona fide ut genuina recepisse, aut vocabulorum quorundam terminationes, quae in archetypo vel omissae vel evanidae essent, perperam supplevisse visus sit" [12]), quam opinionem exemplis ex codice sumptis confirmare conatus est. Multos vero alios locos esse, in quibus codex D interpolationibus liber sit, alios vero codices interpolationibus foedatos esse ait, quod item confirmare studet primum eis, „quae eo, quod hiatus aliorum tollitur, probantur, tum eis, quae optimorum codicum lectionibus probari possunt, tum eis, quae aut Plutarchi aut aliorum scriptorum locis confirmantur, porro eis, quae criticorum coniecturas confirmant, denique eis, in quibus interpolatio reliquorum codicum manifesta est et iis, quae magnam lectionis discrepantiam prae se ferunt" [13]). Quibus omnibus nisus existimat Bernardakius „unum codicem D salvum et incolumem, quantum quidem fieri poterat, ex gurgite illo vasto, quo fratres et parentes demersi sunt, evasisse: est autem multo vetustior illis codicibus, in quibus κατὰ συνέχειαν ἐγράφη τὰ διαλείποντα, propterea quod codex sincerus, qualis est D, unde lacunae supplerentur.

[1]) L. l. in praefatione vol. I. p. V. [2]) L. l. vol. I. XXIV.
[3]) L. l. I. 1. 76. [4]) De cod. Par. etc. p. 6.
[5]) Studia critica in Plutarchi Moralia. Hauniae. 1889. p. 7 sq.
[6]) L. l. XIV. sq. [7]) In dissertatione supra laudata, cf. p. 2. adn. 5.
[8]) L. l. p. 2. [9]) P. XXIV.
[10]) Mnemosyne. 1896. vol. XXIV. p. 377—396.
[11]) L. l. p. 378., in edit. vol. I. p. XXIV.
[12]) Ed. vol. I. XIX., Mnemosyne l. l. 378.
[13]) Mnemosyne l. l. p. 380 sqq.

non inveniebatur. Venerandus igitur et maximi faciendus" [1]). Sed sententia Bernardakii minime recta esse potest: Patonius [2]) enim et Wilamowitzius [3]) optime demonstraverunt, quam multae interpolationes codici D in s. 17. inessent. Maxime autem dolendum est, quod adhuc collationem codicis D accuratam non habemus, quam ob rem viri docti in codicis auctoritate definienda dissentiunt.

V. E, nr. 1672, 945 (vel rectius 962) folia continens, Plutarchi Vitas (f. 2^r—436^v) et Moralia (f. 437—936) exhibet, quem descripsit Treuius [4]). Villoisonius [5]) codicem ab uno librario, Wyttenbachius [6]) et Contus [7]) a duobus, Prinzius [8]) a tribus scriptum esse suspicatus est. Sed Treuius recte codicem a quinque scriptum esse tradidit, atque folia 2—706^v, quibus Vitae et s. 1—69. inveniuntur, a prima manu, fol. 707—869^r (s. 70—76) a secunda, fol. 870—875. (s. 77.) a tertia, f. 876—936. (s. 78.) a quarta, fol. 1. et 937—944. (aliorum libros) a quinta scripta esse subnotat.

Simulque de aetate huius codicis variae sententiae exstant: in catalogo bibliothecae Parisinae codex noster saeculo XIII. ascribitur [9]), quam sententiam Villoisonius veram esse censuit [10]). Aliter sentit Wyttenbachius [11]), qui eum s. XIV. ortum esse affirmat. Baehrius [12]) vero maxime aberrans codicem ad s. XVI. referre voluit. Hodie quidem omnes cum Villoisonio consentiunt [13]).

Plerique censuerunt codicem E descriptum esse e codice A, quod etiam novissime Reinachius et Weilius asseveraverunt [14]). Treuius [15]) initio censuit codicem A ex codice E manasse, B Muellerus [16]) quidem sententiam neque clare neque distincte protulit, falso tamen adnotavit ordinem codicis A alium esse atque in codice E neque ullo vinculo utrumque codicem coniunctum esse.

---

1) L. l. p. 396. Cf. epilogum editionis p. 30.

2) The treatise of Plutarch de cupiditate divitiarum edited by W. R. Paton. 1896. p. I.—XVI.

3) Gött. gel. Anzeigen. 1896. 326 sqq.

4) Zur Überlief. etc. I. p. III—XI. et II. 1—37.

5) Notices et Extraits des manuscrits de la bibliothèque du roi et autres bibliothèques. Paris 1810. VIII. 2. p. 3—32.

6) L. l. I. 1. 76.

7) Suppl. gr. 389. p. 6. (cf. Treuium l. l. I. p. V.).

8) Apud Muellerum l. l. p. 4.

9) L. l. p. 8.

10) L. l. p. 3.

11) L. l. I. 1. p. 72.

12) L. l. p. XI. sq.

13) Cf. Treuium l. l. I. p. VI. sq.

14) L. l. p. XXXIX.

15) De cod. Par. p. 11.

16) L. l. p. 4. sqq. 8.

Treuius [1]) postea sententiam suam commutavit atque demonstravit codicem E non descriptum esse ex codice A, propterea quod novem scripta (s. 70—78.) contineat, quae in corpore Planudeo desint. Praeterea in codice E triginta fere locis omittuntur litterae vel vocabula, in codice A vero locis illis nulla lacuna reperitur, quam ob rem codicem E ex codice A manasse nullo modo conicere possumus. Utrumque autem codicem ex eodem fonte fluxixisse inde intelligitur, quod 1) in utroque idem ordo Moralium occurrit, 2) utriusque tituli atque inscriptiones eidem sunt, 3) textus utriusque magnam similitudinem ostendit. In s. 70—76. constituendis hic fere unus codex fundamentum textus praebet. (Cf. supra adnotationes de codice B pag. 6.)

Primus magnam auctoritatem huius codicis B Muellerus ostendit [2]). Codicem primum contulit Contus, tum Duebnerus in usum Winckelmanii in s. 70 [3]), a. vero 1868. Prinzius in s. 77 [4]), postea Treuius in s. 70—77 [5]), deinde Bernardakius [6]), denique Reinachius in s. 39 [7]).

VI. F, n. 1957., exaratus s. XI. ineunte, ut omnes praeter Duebnerum, qui eum s. XII. attribuit, censent, continet Moralium s. 66 fr. 3. 4. (Patonius, qui etiam n. 1967 eum significat, non recte 34 scribit), 64. 67. 68.69. 5. 7 (Patonius male 57 praebet). 16. 19. 61. 56. 57. 58. 63. [8]). Initio s. 3. scriptum est: λ̓ Ε = λόγος πέμπτος, ex quo apparet tria scripta in codicis introitu perisse; ordo autem codicis multum differt ab ordine tralaticio, cuius vestigia apparent tantum in s. 3. 4. | 67. 68. 69. | 56. 57. 58. | Contulit odicem in s. 68. in usum Patonii Hubertus Pernotius [9]), postea in aliquot libellis Bernardakius [10]). Secundum Treuium non multum discrepat a C et G [11]), secundum Bernardakium simillimus est codicibus Venetis praecipue V^2 [12]).

VII. G, nr. 2076., s. XV. exeunte scriptus, continet Moralium haec: 1. 48. 27. 47. 61. 31. 29. 10. 55. 64. 52. 6. 19. 16. 9. 38. 24. 8. 20. 7. 17. 65. 36. 57. 3. 4. 12. 21. 30. 14. 11. 13. 28. [13]). Secundum

---

1) Zur Überlief. I. p. IV. sqq. 2) L. l. p. 4 sqq. 3) L. l. p. VIII.
4) Apud Muellerum l. l. 4. 5) Zur Überlief. etc. II. 12—37.
6) L. l. I. p. XI. XVI. XLVI. 7) L. l. p. XXXIX. sq.
8) Omontius l. l. II. 171. 9) L. l. p. X. 10) L. l. I., XI.
11) De cod. Par. etc. p. 11. 12) L. l. I. XXV.
13) Bernardakius l. l. I. p. XI.

Treuium manavit aut e codice C aut ex F [1]. quae sententia minime nobis recta esse videtur, quoniam G scripta, quae neque in C neque in F apparent, habet (20. 24. 27. 28. 29. 30. 31. 36. 38. 48. 52. 55. 64. 65.), praeterea non continet scripta 2. 6. 15. 18. 44. 45. 46. 47. 56. 57. 58. 63. 66. 67. 68. 69., quae in C et F leguntur. Quare tantum de communi fonte omnium illorum codicum loqui possumus, quomodo autem inter se cohaereant, indicari non potest.

VIII. H, nr. 1680., s. XIV., continet s. 60 61. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 78. fr.; adhibitus a Wyttenbachio. (Cf. Bernardakium: I. XII.).

IX. I, nr. 2078., s. XVI. secundum Omontium, s. XV. secundum Treuium, continet s. 59. 60.

X. K, nr. 2451., s. XIV., continet s. 39. Secundum Reinachium e codice Laurentiano 58, 29. descriptus est. (Jan: Musici scriptores Graeci. Lipsiae. 1895, p. XI. sq. nr. 109.).

XI. M, nr. 2423., s. XIII., continet s. 51.
XII. N, „ 2992., „ XVI. „ „ 22. 5. 6. 7.
XIII. Z, „ 2077., „ XV., „ „ 2. 22.
XIV. „ 1211., „ XIV.,
descriptus a Treuio [2] et Bernardakio [3], continet praeter varia Maximi Planudis scripta sub nr. 1. et 5—7. posita, haec tria Moralia: 3. 7. 10., praeterea glossas et scholia ad s. 3. ab initio usque ad X. 81. d. „φλέγων". quarum partem haud magni aestimandam Treuius attulit. Qui de codice haec habet : „Codex vero ipse plurimis locis tales lectiones exhibet, quas solas veras esse et ex sententiarum nexu et ex scriptoris dicendi consuetudine facile probari potest" [4]. Secundum Treuium originem traxit ex eodem archetypo, cui debetur codex Tischendorfianus VII. Lipsiensis [5]. (cf. infra). Pag. autem 11. ita iudicat: „optimum ducem codicem 1211., eum qui cum Tischendorfiano septimo Lipsiensi ex uno archetypo fluxit, ita adhibendum esse statuo, ut horum solorum subsidio nisi ratio repugnet aut manifestis inquinati sint vitiis, etiam eis in locis, in quibus reliqua exemplaria nihil offensionis praebent, Plutarchi verba castiganda sint". Bernardakius tamen codice Parisino 1211. et Lipsiensi VII. Tischendorfiano cautissime utendum esse censet, cum uterque codex ex bono quidem fonte multis locis interpolatus sit.

[1]) De codicibus Par. etc. p. 11. [2]) De codicib. Par. etc. p. 6. sqq.
[3]) L. l. I. XI. XXVIII—XXXI. [4]) L. l. p. 6. [5]) L. l. p. 6.

Reliqui vero codices Parisini deteriores esse videntur, sed adhuc fere neque accuratius descripti neque collati sunt; Treuius in dissertatione sua: „de codicibus nonnullis Parisinis“ enumerat tantum scripta, quae singulis codicibus continentur, conspectum vero codicum non affert. Nonnullos enumerat Bernardakius (cf. vol. I. p. XII.); quam ob rem omnium codicum elenchum dare necessarium esse putavi, imprimis secundum Omontium:

XV.	nr.	972.,	s. XV.,	continet	s. 11. 56. 57.
XVI.	„	1042.,	„ XVI.,	„	„ 77.
XVII.	„	1270.,	„ XV.,	„	„ „de Homeri dialectis“.
XVIII.	„	1409.,	„ XIV.,	„	epistulam ad Pollianum.
XIX.	„	1603.,	„ XVI.,	„	s. 2.
XX.	„	1678.,	„ XI.,	„	„ 58. 59. fr., 57. fr.
XXI.	„	1734.,	„ XV.,	„	„ 51.
XXII.	„	1772.	„ XVI.,	„	„ 2.
XXIII.	„	1773.,	a. 1493.,	„	„ de impossibilibus.
XXIV.	„	1815.,	s. XVI.,	„	„ 22.
XXV.	„	1868.,	„ XV.,	„	„ 54.
XXVI.	„	2043.,	„ XVI.,	„	„ 22. 5. 14.
XXVII.	„	2074.,	„ XIV.,	„	„ 78.
XXVIII.	„	2075.,	a. 1439.,	„	„ 2.
XXIX.	„	2079.,	s. XV—XVI.	„	„ 12.
XXX.	„	2080.,	„ XVI.,	„	„ 2.
XXXI.	„	2125.,	„ XVI.,	„	„ 11.
XXXII.	„	2126.,	„ XVI.,	„	„ 2.
XXXIII.	„	2127.,	„ XVI.,	„	„ 67.
XXXIV.	„	2273.,	„ XV.,	„	„ 4. fr.
XXXV.	„	2276.,	„ XVI.,	„	„ 51. fr.
XXXVI.	„	2372.,	„ XV.,	„	„ 51. fr.
XXXVII.	„	2456.,	„ XVI.,	„	„ 39.
XXXVIII.	„	2457.,	a. 1537.,	„	„ 39. collatus a Reina-

chio l. l. XL.; secundum Reinachium e codice Parisino gr. 2456. fluxit.

XXXIX.	nr.	2596.,	s. XIV.,	continet	s. 1. fr. 2.
XL.	„	2697.,	„ XIII.,	„	„ „de Homeri dialectis“.
XLI.	„	2720.,	„ XVI.,	„	eclogen de iis, quae fieri non possunt.
XLII.	„	2852.,	„ XIII.,	„	„ de impossibilibus.
XLIII.	„	2933.,	a. 1474.,	„	„ 2. 23.

XLIV.	nr. 2944.,	s. XV.,	continet	vitam Lysiae.
XLV.	„ 2955.,	„ XV.,	„	s. 67. 64.[1]).
XLVI.	„ 2991 A.,	a. 1419.,	„	„ 34.
XLVII.	„ 3023.,	s. XV—XVI.,	„	„ 14. 17. 19. 20.
XLVIII.	„ 3025.,	„ XVI.,	„	„ 2. fr., 32 fr.
XLIX.	„ 3027.,	„ XVI—XVII.,	„	de disciplinis.
L.	„ suppl. 14.,	„ XVI.,	„	nr. 59.
LI.	„ „ 134.,	„ XIII.,	„	s. 60. fr.
LII.	„ „ 165.,	„ XV.,	„	nr. 11. 56. 57.
LIII.	„ „ 167.,	„ XV.,	„	„ 34.
LIV.	„ „ 443 A.,	„ XIII.,	„	s. de fluviorum et montium nominibus.
LV.	„ „ 541.,	„ XV.,	„	s. 54.
LVI.	„ „ 656.,	„ XV.,	„	„ 1.
LVII.	„ „ 841.,	„ XV.,	„	„ de indulatione Nili fr.
LVIII.	„ „ 1114.,	„ XVIII.,	„	„ 29.[2])

LIX. In bibliotheca Mazariniana asservatur codex nr. 1232 signatus, s. XIV., qui in foliis 1—234. haec Moralia habet: 1. 3. 5. 16. 4. 18. 29. 58. 10. 8. 9. 11. 12. 13.[3]). Cuius codicis mentionem fecit iam a. 1884 Omontius[4]), sed adhuc codex neque accuratius descriptus neque collatus est.

2. Codices Veneti.

LX. Codex Marcianus gr. 248., a Joanne Rhosio a. 1455. scriptus, Plutarchi Moralia fere omnia (1—69. et 78.) continet[5]). Morellius hunc codicem apographon esse codicis Laurentiani pl. 80, 5. (s. XIV.)[6]), Reinachius eum e Vaticano 139. descriptum esse tradit[7]).

[1]) In codice n. 2956., qui a Bernardakio I. XII laudatur, nullum scriptum Plutarchi invenitur.

[2]) Cf. etiam codices 456. 1630. 1739. 1865. 2489. 2596. 2661. 3025. 3027. 3111. s. 63. 134. 191. 302. 576. 690., ubi fragmenta Plutarchi servantur. Cf. Omontium: l. l. III. 166.

[3]) Mollinier August: Catalogue de manuscrits de la bibliothèque Masarine. Paris. 1890. vol. III. p. 355., nr. 4458.

[4]) Mélanges Graux. Paris. 1884. p. 309.

[5]) A. M. Zanetti: Graeca D. Marci Bibliotheca codicum manuscriptorum per titulos digesta. Venetiis. 1740. p. 123—5.

[6]) Morelli Jacobius: Bibliothecae regiae Divi Marci Venetiarum custodis bibliotheca manuscripta Graeca et Latina. Bassani. 1802. I. p. 139—141.

[7]) L. l. XLI.

LXI. nr. 249. (V[1]), s. XII., 230 foliis continet Moralium s. 1., 3—21. (apud Zanettium s. 1. et 20. omittuntur)[1]). Fol. 1. inest subscriptio: οἱ ἐγκείμενοι τῶι τεύχει λόγοι ἠθικοὶ Πλουτάρχου[2]).

LXII. nr. 250. (V[2]), s. XI., ex duabus partibus M et N a Graevenio appellatis constat[3]), quarum prior M p. 1—326. comprehendit, altera N p. 327—379.; a quattuor librariis scriptus, habet Moralium haec: 7. fr. (omissum a Patonio), 52. 53. 3. 68. 69. 4. 5. 6. 7. (a Patonio non recte 4. 56. 7.) 66. 8—21. 36. 28. 35. 30. 43. 1. 2. (s. 1. et 2. desunt apud Patonium), 37. 22. 38. 65. 60. 59. 46[4]).

LXIII. nr. 427. (V[4]), s. XIV., a duobus librariis scriptus, constat duabus partibus, quarum prior f. 4—72. (f. 73. et 74. vacua sunt), altera f. 75—156. continet. In priore parte exhibet s. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 19. 11., in posteriore s. 56. 57. 58. 59. fr. 34. 28. 35. 52. 31. fr. Pars posterior consentit cum codice Ambr. M. 82. sup., quare ex eodem archetypo uterque codex derivandus est. Maximi est momenti in scriptis 52. 56. 58.[5]).

LXIV. nr. 511. (V[3]), continet foliis 428. haec Moralia: 1—3. 5. 16. 18. 17. 21. 22. 10—15. 6. 64. 67. 29. 34. 58. 7. 8. 52. 65. 57. 56. 19. 4. (a Bernardakio post n. 57. n. 56. ponitur)[6]). In subscriptione haec leguntur: ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος τοῦ Πλουτάρχου σὺν ἄλλοις ῥιτορικοῖς λόγοις ἐν ἔτει σχοδ ἰνδ. η̄ = 1166. p. Chr. n. Sed subscriptioni illi nullam fidem dare vult Bernardakius, censens eam eius codicis esse, quem exscripsit librarius. Secundum Bernardakium codex s. XIV. scriptus est[7]). Praeterea nominandi sunt etiam hi codices Veneti:

LXV. nr. 184., s. XV., habet nr. 77. una cum operibus Platonis.
LXVI. „ 259., „ c. XIV., habet s. 38., initio mutilum.
LXVII. „ 320., „ „ XIV., continet excerpta e Plutarchi Moralibus.

---

[1]) L. l. 125.
[2]) Cf. Treu: Der sogen. Lampriascatalog. 45, Zur Überlief. I. XIV., Bernardakius: I. XII. XXXV.
[3]) Apud Patonium: Plutarchi Pythici dialogi tres. Berolini. 1893. p. VII. s.
[4]) Cf. Zanetti: l. l. II. 25. sq., Morelli: l. l. 141., Treuius: Zur Überlief. I. XI. XIII—XIV., Bernardakius: I. XII., XXXV—XXXVIII.
[5]) Zanetti: I. 208 sq. Morelli: 295. Bernardakius. I. XII. XXXVIII. sq. A Bernardakio per errorem (I. XIV.) numero 127. significatur, est autem idem codex, cum eodem siglo: V[4] designetur.
[6]) Zanetti: I. 274. sq. Bernardakius l. l. I. XII. XXXVIII.
[7]) L. l. I. XXXVIII.

LXVIII. nr. 322., s. c. XIV., continet s. 39., a Joanne Rhosio scriptus [1]).
LXIX. „ 406., „ „ XV., „ excerpta e Plutarchi Moralibus.
LXX. „ 428., „ „ XIV., „ s. 22.
LXXI. „ 452., „ „ XV., „ excerpta e Plutarchi Moralibus.
LXXII. „ 521., „ „ XIV., „ s. 51.
LXXIII. „ 523., „ „ XV., „ „ 77.
LXXIV. „ 531., „ „ XV., „ „ 54.
LXXV. Append. VI. 10., s. XII. ex., continet s. 39.

LXXVI. D. Castellanius in „catalogo codicum Graecorum, qui in bibliothecam D. Marci Venetiarum inde ab anno MDCCXL ad haec usque tempora inlati sunt" [2]) commemorat codicem (numero 64. signatum), in fol. 248—259. s. 22. continentem, quod scriptum et in initio et in fine mutilum servatur.

3. Codices Romani.

a) Codices Vaticani.

LXXVII. Codex Vaticanus gr. 139., s. XIII., binis columnis exaratus, quarum quaeque 38 lineas habet. 601 foliis continet corpus Planudeum et s. 78. Ad s. 39. c. 1—9. contulerunt Studemundius et Reinachius, scripta 68. et 69. Graevenius, cuius opinione codex minoris momenti est; insunt menda ortographica [3]). Studemundius suspicatur codicem ab alia manu (V^2) correctum similem esse codici Marciano 248., Laur. 80, 22, Neap. III. C. I. Reinachius codicem nostrum patrem codicis Laur. 80, 5 esse opinatur [4])

LXXVIII. nr. 186., s. XIV., continet s. 39.
LXXIX. „ 192., „ XIV., „ „ 39.

LXXX. „ 1013., „ XV., continet haec scripta: 1—21. 29. 58. 52. 55. 56. 57. 64. 67. 68. 69. 66. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 53. 54. 22. 24—28. 30—36. 39—42. 49—51. 59—64. (cf. supra idem s. post s. 57.) 65. 23. 37. 38. Collatus est in s. 69. a Graevenio in

[1]) Secundum Studemundium transcriptus est e cod. Vat. 186 aut ex simili codice. Collatus a Studemundio in c. 1—5. (l. l. 155.). descriptus a Jano l. l. p. LXXII. sq. nr. 184. Cf. R. Volkmann: Observationes miscellae. Jauraviae. 1873. p. 4. sq. Adde Bernardakium: l. l. I. XIII.

[2]) Venetiis 1895. p. 125. [3]) Apud Patonium l. l. V.

[4]) L. l. XL., cf. Studemundium l. l. 158. s., Janum l. l. LXX.

usum Patonii[1]). Studemundius affirmat codicem nostrum esse fontem codicis Laur. 80, 21. (l. l. 153.).

LXXXI nr. 1374., s. XV—XVI., continet s. 39.

b) Codices Reginae Suecorum.

LXXXII. Vat. Reg. gr. 80. (= Pet.), s. XV., binis scriptus columnis. In qua bibliotheca codex ille collocatus esset, diu ignorabatur: Wyttenbachius quidem librum noverat tantum ex lectionibus, quae in „variis lectionibus in Plutarchi Chaeronensis opuscula“ (in editionibus Francofurtensibus Plutarchi operum a. 1589—90., 1620, 1624., vol. II. sub finem) servantur. Fuerat ille codex Pauli Petavii, usurpatus autem est a Iacobo Bongarsio. Wyttenbachius codicem eundem atque Vossianum esse censuit, postea autem opinionem illam mutavit atque codicem Petavianum alium atque vetustiorem esse putavit[2]). Treuius codicem illum ex Vaticano fluxisse arbitrabatur[3]). Nunc H. Stevensonius illum codicem in bibliotheca Vaticana inter codices reginae Suecorum repperit[4]). Quamquam catalogus ille Stevensonii iam a. 1888. apparuit, neque Bernardakius (IV., p. VII.) neque Reinachbius (l. l. XLV.) eum cognoverunt. Continet 28 scripta secundum ordinem corporis Planudei: s 31—53 et 55—69., scripto 54 omisso. A Petavio index rerum folio praevio scriptus est, praeterea in fine codicis accuratus index legitur, ex quo patet initio 27 scripta deesse, quorum primum esset s. 1., vigesimum s. 30[5]).

LXXXIII. Reg. gr. 120., s. XIII., continet s. 22. 1. 2.

LXXXIV. „ „ 139., „ XVI., „ excerpta e Plutarchi Moralibus.

LXXXV. „ „ 142., „ XVI., „ excerpta e Plutarchi Moralibus.

c) Codices Palatini

accuratissime describuntur a Stevensonio in catalogo, cui inscribitur: „Codices manuscripti Palatini Graeci bibliothecae Vaticanae rec. et dig. H. Stevenson sen.“ (Romae. 1885). Plutarchi Moralia praebent codices:

---

[1]) L. l. p. VI. [2]) L. l. I. 118. [3]) Zur Überlief. etc. I. p. XIII.

[4]) Codices Reginae Suecorum et Pii P. P. II. Graeci bibliothecae Vaticanae rec. et dig. H. Stevenson Sen. Romae. 1888. pag. 63—64.

[5]) P. 64. Stevensonius falso affirmat 17 scripta deesse, cum alio loco (p. 63.) 27 scripta deesse tradat. Cf. Patonium l. l. V.

LXXXVI. nr. 117., s. XV. et XIV., continet s. 1. 2.
LXXXVII. „ 129., „ XV. exeunt. „ „ 69. exc., 51. exc.
LXXXVIII. „ 134., „ XV—XVI., „ Lysiae vitam.
LXXXIX. „ 167., „ XV., „ s. 57.

XC. „ 170., „ XVI. (apud Bernardakium, s. XIV—XV. cf. l. l. 89—90.), continet 326 foliis 21 scripta: 55. 56. 57. 64. 67. 22. 58. 59. 60. 61. 53. 44. 45. 46. 68. 66. 36. 38. 69. 43. 78. Nonnullas lectiones dedit Bernardakius (I. p. XLV—VI.), qui vol. IV. p. VIII. affirmat codicem maxime codicis Vindobonensis n. 148. exemplar (ἀπόγραφον) fuisse. cum plures libros haberet (Cf. Patonium: l. l. X—XI.).

XCI. n. 178., s. XV., continet 11 Moralia hoc ordine: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 22. 8. 9. 13.

XCII. nr. 209. (miscell.), s. XIV., continet s. 68. exc.

XCIII. „ 398. „ X., „ libellum de fluviorum et montium appellatione.

d) Codices Urbinates.

XCIV. Cod. Urbinas n. 33., s. XV., continet s. 3.[1]).

XCV. nr. 97., secundum Bernardakium s. XI. vel XII., sed Stornajolius affirmat f. 1—13. (chartacea) s. XV., f. 14—238. (membranacea) s. X. scripta esse. Praeter vitas continet secundum Bernardakium haec Moralia: 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 55., qui ordo ab eo p. XLVIII. voluminis primi aliter traditur: omittuntur enim s. 48. et 50., s. vero 49. post s. 55. ponitur. Uterque ordo falsus est, siquidem secundum Stornajolium scripta hoc ordine procedunt: 45. 46. 47. 55. 48. 49. 50. Consentit cum C.

XCVI. nr. 98., fol. 386., s. XIV., manibus duabus scriptus. ab altera f. 1—198., ab altera f. 199—386. Continet Moralium s. 1. (s. XV. exaratum), 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 69. 22. 64. 67. 29. 34. 58. 52. 65. 35. 28. 60. 51. 58. (repetitum, cui libro hoc loco alius titulus atque in reliquis codicibus datur: περὶ τοῦ πῶς χρὴ τὸν φιλόσοφον πολιτεύεσθαι. (Cf. Stornajolium: l. l. 150—2.).

XCVII. nr. 99., fol. 224., s. XIV., continet Moralium haec: 39. 77. 49. 50. 51. 54. 78. (tantum libri IV) 23. 24. 27. 30—33.

---

[1]) Codices Urbinates Graeci Bibliothecae Vaticanae, rec. Cosimo Stornajolo. Romae. 1895. p. 39.

36. 37.; libellus vero 39. postea exaratus aliis libris praemissus est. Muellero in recensendo s. 77. ignotus fuit. Folia 20—224. fortasse manu Michaelis Apostolii scripta sunt. (Cf. Stornajolium: l. l. 152—3.).

XCVIII. nr. 100., fol. 261., scriptus a. 1402. manu „Ἀνδρέου θύτου καὶ ταβουλλαρίου τοῦ λεχντινοῦ“, quae quidem etiam codicem Laur. 69. 3. a. 1398. exaravit. Stevensonius codicem Laurentianum Vitas Plutarchi continentem prius volumen operum Plutarchi fuisse, alterum autem ex nostro codice constitutum esse censet. In cod. Urb. nr. 100. omnes inscriptiones Moralium omissae sunt, praecedit index Moralium cum initiis opusculorum. Continet 52 Moralia: 52. 1. 55. 2. 15. 6. 8. 3. 5. 7. 16. 11. 46. 13. 9. 12. 24. 65. 17. 10. 14. 21. 47. 4. 18. 57. 58. 29. 22. 19. 20. 28. 30. 32. 27. 35. 36. 37. 33. 34. 48. 49. 54. 56. 63. ψηφίσματα περὶ Δημοσθένους. 64. 42. 43. 44. 45. 59. Adhuc neque accuratius descriptus neque ab ullo editore collatus est.

e) Codices bibliothecae Angelicae.

XCIX. nr. 63., (C. 4. 13.), s. XVI., continet s. 61. 62. (mutilum) [1].
C. „ 80., (C. 1. 11.), „ XV., „ „ 42. [2].
CI. „ 101., (C. 1. 7.), „ XV—XVI., „ „ 39., Reinachio et Weilio ignotus [3].

f) Codices Barberiniani.

CII. Cod. Barb. II., 3., s. XII—XIII, 309 foliis comprehendit Moralium haec: 5. 7. 9. 10. 11. 13. 14. 16—19. 52. 56. 57. (I.) 58. 59. (I.) 60. 3. 8. 15. 20. 21. 4. 69. 6. 12. 57. (II.) 34. 59. (II.) 29. 64. 1. 2. 67. Collatus a Graevenio in s. 69. (cf. editionem Patonii p. XII—XIII.). Codex ille in numero meliorum habetur, habet tamen multa vitia et lacunas.

CIII. nr. 270., s. XIV., continet s. 39. (Studemundius: l. l. 155., Reinachius: l. l. XLIV.).

CIV. In „indice codicum Graecorum bibliothecae Casanatensis“ indicat F. Bancalarius codicem n. 1710., s. XIV., qui fol. 111v Pseudoplutarchi (cod. Εὐσταθίου) dissertationem „de dialectis

[1]) Franchi de' Cavalieri Pio e Muccio Giorgio: Index codicum graecorum bibliothecae Angelicae. Studi Italiani di filologia classica. IV. (1896.) p. 7—184. de codice n. 63. cf. p. 114—5.

[2]) L. l. p. 126—7. [3]) L. l. p. 140—1.

apud Homerum« := de vita Homeri VIII—XV.) exhibet. Studi di filologia classica. II. 1894. 200.).

4. Codices Florentini.

a) Codices Laurentiani.

CV. Laur. pl. XXXI. c. 37., s. XIV., continet p. 372r librum II. s. 51.

CVI. „ „ XXXII., „ 4., „ XIV., „ s. 54.

CVII. „ „ LVI. „ 2., „ XIV., continet foliis 289. haec Moralia: 18. 19. 21. 56. 57. 58. (cui libro titulus: „πῶς χρὴ τὸν πολίτην πολιτεύεσθαι additur; (cf. supra nr. XCVI.). 59. 60. 61. 36. 35. 65. 62. 66. 69. (a Bernardakio omissum) 52. 58. 44. 45. 43. Secundum Treuium sine ullo pretio est [1]. Qui codex primum lacunam in s. 66. in fol. 201r 2. columna. 5 linea. cum hoc scriptum tantum ad verba (ἀλλ' ὅ γε Χρύσιππος ἐν οἷς servetur p. 1288. 5 Duebneri, tum in s. 69., quod a verbis 502., 37: τῷ χρηστηρίῳ διαλεγομένης incipit neque ultra p. 529. 16. τὸ μὴ procedit) nec non in aliis scriptis habet. Similem lacunam in s. 69. praebet codex Vindobonensis n. 74. Scriptum 58. bis repetitur; in secundo apographo multae lacunae sunt.

CVIII. Laur. LVI. 3., s. XV., continet s. 3. 7. 10.

CIX. „ LVI. 4., „ XV., in 357 foliis habet Moralium haec: 67. 31. 2. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. fr. I. II. 4. 3. 20. 64. Fragmenta I. et II. collata sunt in usum Darembergii a Duebnero.

CX. Laur. LVI. 5., s. XIV., 198 foliis continet hos libellos: 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 24. 25. 26.

CXI. Laur. LVI. 7. s. XV., in 205 foliis habet haec: 59. 60. 56. 20. 69. 64. 67. 54.

CXII. Laur. LVI. 15., s. XV., continet s. 59.

CXIII. „ LVI. 24., „ XV. (XVI.? secundum Bernardakium., in 135 foliis habet s. 59. 60. 58. 22. Collatus a Bernardakio in s. 58. (I. I. I. XI. XL.).

CXIV. Laur. LVI. 25., s. XV., continet 53 foliis s. 54.

CXV. „ LVII. 29., „ XV. vel XVI. 161 foliis continet s. 7. 10.

---

[1] Zur Überlief. I. XI. XII. III. 7.

CXVI. Laur. LVII., 52., s. XVI., continet Lysiae vitam.

CXVII. „ LVIII., 10., „ XV., „ vitam Isocratis.

CXVIII. „ LVIII., 24., „ XIV., „ p. 111—112. excerptum „ἐκ τῆς ζ′ βίβλου τοῦ Πλουτάρχου (ex 60 libro Plutarchi): ὅτι τὸ ἐν Δελφοῖς εἴ τινές φασιν ἀνιερῶσθαι — ἐτραχηλοκόπησεν δὲ ὡς στρατηγικὸν ὁ βρίσαντα νόμον.

CXIX. Laur. LVIII., 29., (a Reinachio numero 27. perperam signatus) s. XIV., continet s. 39. Transscriptus est secundum Studemundium (l. l. 154.) e Vaticano 192.

CXX. Laur. LIX., 1., s. XIV., continet s. 39. 42. Scripto 42. praemittitur: „Platonis Timaei Locri de anima mundi et natura liber". In s. 39. collatus est a Marquardio et Reinachio (cf. l. l. XLII.)

CXXI. Laur. LIX., 47., s. XV., habet s. 1.

CXXII. „ LX., 14., „ XV., „ „ 6.

CXXIII. „ LXX., 1., „ XIV., continet s. 57.

Praeterea continentur codice: „Arriani expeditio Alexandri et Diodori Siculi descriptiones sive historicae bibliothecae l. I—III. et V".

CXXIV. Laur. LXX., 5., s. XV., continet s. 77.

CXXV. „ LXX., 9., „ XIV., „ „ 57.

Praeterea codex Arriani de expeditione Alexandri libros VIII et Diodori Siculi bibl. hist. l. IV. continet. Bandinius (II. 669.) adnotat haec: „Hoc exemplar... ex illo (i. e. LXX., I) derivatum fuisse patet".

CXXVI. Laur. LXX., 19., s. XV., continet Lysiae vitam.

CXXVII. „ LXXX., 5., „ XIV., continet 464 foliis s. 1—69. et 78., l. I—IV. Treuius demonstrat in codice hoc eundem ordinem esse in III. et IV. libro s. 78., qui est in codice E; scilicet cum verbis ed. Duebn. p. 790, 22: μᾶλλον ὅτι haec coniunguntur p. 795, 29: ἀφροδισίοις χρῆσθαι, verba autem omissa demum in prooemio l. IV. inter 801, 24 ποιήσασθαι et τῶν leguntur, titulus quaestionis quintae libri III. deest: prima autem verba eius quaestionis usque ad 791, 2 ἐπικεχείρηται cum quaestione IV. coniunguntur, postea lacuna sequitur: simili modo etiam titulus quaestionis sextae deest [1]). Reinachius affirmat codicem nostrum apographon codicis Vaticani 139 esse. (l. l. XL.).

CXXVIII. Laur. LXXX., 13., s. XIV., continet „proverbia

---

[1]) Zur Überlief. etc. I. p. XIII.

quibus Alexandrini utebantur", commemoratus ab Bernardakio, sed postea non adhibitus. (vol. I. XIII., VII., XLIV. sq.).

CXXIX. Laur. LXXX., 21., s. XV., 294 foliis habet 34 Moralia: 43—48. 22. 24. 27. exc. 28. 30—33. 35. 36. 39—42. 49—51. 61—63. 68. 55. 66. 53. 54. 65. 23. 37. Studemundius (l. l. 153.) affirmat eum apographum codicis Vaticani 1013 esse.

CXXX. Laur. LXXX., 22., s. XIV., habet s. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31—53. 23. Secundum Studemundium (l. l. 154.) ex codice Vaticano 139 fluxit.

CXXXI. Laur. LXXX., 25., s. XIV., habet s. 2.

CXXXII. „ LXXX., 28., „ XIV., 221 foliis habet s. 1. 19. 52. 11. 2. 9. 10. 13. 12. 3. 7. 4. 5. 6. 8. 16. fr. I. (cf. supra codicem nr. CIX.).

CXXXIII. Laur. LXXX., 29., s. XV., habet 214 foliis haec: 14. 15. 18. 19. 21. 17. 20. 65. 64. 67. 31. 69. 56. 57. 34. 29. Ad quem codicem adnotantur a Bandinio haec: (III. 216—7): „hic codex ab eadem, qua superior, (i. e. pl. LXXX., 28.) manu exaratus, totidem atque ille sermones complectitur, qui propterea aliam Plutarchi Moralium partem constituunt". Sed corrigendus est Bandinius in eo, quod cod. pl. LXXX., 29. scripta 16., cod. pl. LXXX., 28. scripta 17 continet.

CXXXIV. Laur. LXXX., 30., s. XV., 154 foliis, continet s. 50. 51. 37. 42. 39. 54. Collatus s. 39. a Studemundio, secundum quem manavit e codice Vat. 1013.

CXXXV. Laur. LXXXV., 9., s. XIII., s. 42. habet. Praecedit s. 42.: „Platonis Timaei Locri de anima mundi et natura".

CXXXVI. Laur. LXXXVI., 8., s. XV., habet s. 57. excerpta.

CXXXVII. Laur. LXXXVII., 17., s. XIV., habet s. 51. librum IV.

Codicum Laurentianorum indicem, a Bandinio confectum, suppleverunt novissimis temporibus E. Rostagno et N. Festa [1]). Quo ex indice hos etiam Moralium codices enotavimus:

CXXXVIII. Conv. Soppr. nr. 26. s. XIV. in., in 318 foliis habet s. 1—14. et 18.

CXXXIX. Conv. Soppr. nr. 57., s. XIV., continet Moralium haec: 24. 53—59.

CXL. Conv. Soppr. nr. 180., s. XV., habet s. 42.

---

[1]) Indice dei codici greci Laurensiani non compressi nel catalogo del Bandini. Studi Italiani di filologia classica. I. (1893) 129—232.

CXLI. Acquisti n. 40., s. XIV., habet s. 39.
CXLII. Ashburn 1441., „ XVI., continet 18 foliis s. 77.
CXLIII. Append. 5., s. XV., habet s. 22.
CXLIV. „ 6., „ XVI., „ „ 6. 15.
CXLV. „ 7., „ XV., „ „ 3. 10. 7. 57. 56.

b) Codices Riccardiani.

Codices Riccardianos descripsit Hieronymus Vitellius in dissertatione: „Indice de' codici greci Riccardiani, Magliabelchiani e Marucelliani" [1]). Hi autem sunt codices Moralium:

CXLVI. C. 30., s. XIV., continet s. 54.

CXLVII. „ 45., „ XII. Continet haec Moralia: 1—4. 6. 9. 10. 5. 7. 8. 11. 12. 14. 17—19. Quem codicem Treuius (l. l. I. XII. III. 5.) e codice Vindobonensi n. 73. descriptum esse dicit, siquidem eandem confusionem quaternionum in opusculis describendis, quae in codice Vindob. 73. occurrit, sine ulla causa habet, sed in Vindob. 73. causa facile perspici potest (cf. infra nr. CLXXX.) [2]).

CXLVIII. C. 49., s. XVI. vel XVII., foliis 88 continet Moralium cum scholiis margin. et varia lectione haec: 3. 10. 4. 11. 12. 34.

CXLIX. C. 65., s. XV., habet s. 42.
CL. „ 86., „ XV—XVI., continet s. 7. 10.
CLI. „ 89., „ XVI., „ excerpta e s. 30.
CLII. „ 213., „ XV., „ s. 59.
CLIII. „ 669., „ XVI., „ „ 6.

c) Codex Magliabelchianus.

CLIV. C. 45., s. XVI., continet s. 22. (Alexander Olivieri: Indicis codicum Graecorum Magliabelchianorum supplementum. Studi italiani di filologia classica. V. p. 410.).

5. Codices Mediolanenses Ambrosiani.

Codicum Ambrosianorum descriptionem dedit M. Treuius [3]). qui codices Plutarchi Moralium enumerat: asterisco a nobis notati codices sunt minoris momenti neque a Treuio descripti.

---

[1]) Studi italiani di filologia classica II. (1894.) 471—570.

[2]) Cf. Hercherum l. l. p. V., Bernardakium: I. XII. XLIX—L., Wesselium: Zwei Wiener Plutarchhandschriften. Wiener Studien III. 291 sqq., Vitellium: l. l. 502—3.

[3]) Zur Überlief. etc. III. 8—14. „Mailaender Handschriften".

CLV.* Ambros. I. 88. Sup., continet s. 54.

CLVI.* Ambros. E. 19. Sup., s. XVII. ineuntis. Fol. 1. v. exstat inscriptio: felicibus auspicijs Illustrissimi *Card. Federici Bor.* olgiatus vidit anno 1603". ad quam Treuius adnotavit se nescire. quid verbum „olgiatus" significaret (l. l. p. 9.). Quam rem eo modo interpretari possumus: est illud substantivum nomen poetae Hieronymi Olgiati, qui saeculo XVI. vixit[1]). Continet 69 foliis quattuor Moralia: 19. 20. 65. 64., ad textum recensendum nihil habet auctoritatis.

CLVII. Ambr. M 82. sup., s. XIII. et XIV., 180 foliis continet 13 Moralia: 59. 60. 15. 20. 16. 21. 13. 28. 35. 52. 31. 29. 34. Multas lectiones huius codicis ad s. 60. meliores atque in codicibus Planudei corporis dedit Treuius[2]). In s. 60. habet codex hic saepe apophtegmata, quae in aliis codicibus non inveniuntur. Secundum Bernardakium ea pars, quam tertia manus scripsit, ex eodem archetypo. ac Venetus 427., orta est; optimus est secundum Bernardakium in s. 29. 34. 52., partim in 59. 60. (l. l. I. XXXI).

CLVIII. Ambr. gr. C. 126. inf., s. XIII. exeuntis vel XIV. ineuntis, continet 69 Moralia eodem ordine, quem habent A et E; est igitur apographon corporis Planudei, non est tamen ex A vel E descriptus ac propterea in constituendo textu eandem habet auctoritatem atque illi codices.

CLIX. Ambr. gr. E 10. sup., s. XVI., continet 16 Moralia: 46. 48. 1. 17. 18. 35. 3. 5. 19. 45. 24. 22. 23. 37. 11. 1. Prorsus caret pretio.

CLX. Ambr. gr. O. 89. sup., s. XV., continet 25 Moralia: 5. 16. 18. 17. 21. 22. 10. 11. 12. 1. 2. 3. 14. 15. 9. 20. 64. 29. 34. 52. 65. 35. 28. 13. 8. Ordo scriptorum congruit cum eo, quem codex Marcianus 511. habet, codex tamen nullius auctoritatis est.

CLXI. Ambr. gr. A 81. sup., s. XV., continet 141 foliis tria Moralia: 59. 60. 58.

CLXII.	Ambr.	gr.	I	82.	sup..	nr. 4.	continet s. 22.
CLXIII.	„	„	R	85.	„	„ 2.	„ „ 51.
CLXIV.	„	„	R	98.	„	s. XV. vel. XVI.,	continet „ 7.; sine ulla auctoritate est.
CLXV.	„	„	H	113.	„	„ XV.,	continet s. 31.

[1]) Cf. Girolamo Tiraboschi: Storia della letteratura italiana. Tomo VII. Parte IV. Milano. 1824. p. 2058.

[2]) Zur Überlieferung der apophtegmata Laconica. Philologus. 1889. p. 617—622.

CLXVI. Ambr. gr. M 41. sup. nr. 10., continet s. 5.
CLXVII. „ „ N 269. „ „ 2. „ „ 5.
CLXVIII. „ „ C 195. inf., s. XIII. ex 43 quaternionibus constans, a tribus librariis scriptus, continet Moralium haec: 1—6. 55. 7—15. 16—19. 16. 20. 21. 69. 56. 57. 36. 64. 28. 35. 30. 31. 29. 34. 58. 65. 38. 59. 60. 61. 53. 48. 27. 24. 47. Ex codice illo 25 scripta in editione Aldina a. 1509. (p. 421—641.) excussa esse demonstravit Treuius (l. l. III. 15—30.).

6. Codices Bononienses.

CLXIX. C 2048., vol. I., s. XVI., continet s. 39.[1]).
CLXX. C 2700., „ II., „ XVI., „ „ 39. 23.
CLXXI. C 3635., s. XIV., continet s. 38. („Πλατωνικὰ ζητήματα, ὧν οὐχ εὑρέθη ἀρχή“; incipit a verbis: τοῦ νοητοῦ μόνον ἐστιν ὁ νοῦς quaest. III., 2. lin. 35 p. 1226. Duebner) s. 51. 50. (c. I—XXIV.).

7. Codices Mutinenses Estenses.

CLXXII. 54., s. XVI., continet s. 60.[2]).
CLXXIII. 119., „ XVI., „ „ 3. 57. 56.
CLXXIV. 121., „ XV., „ „ 31. exc.
CLXXV. 145., „ XV., „ „ 1. 2. 3. 5. 16. 18. 17. 21. 22. 10. (mutilum). 50. (c. I—XXIX.) 51.
CLXXVI. 152., s. XV., continet s. 39.

8. Codices Neapolitani Borbonici.

CLXXVII. Cod. 259. III. C. 1., s. XV., continet s. 39.[3]).
CLXXVIII. „ 261. III. C. 3., „ XV., „ „ 39.
CLXXIX. „ 350. III. E. 28., „ XV., continet 224 foliis 35 Moralia: 1. 45. 10. 7. 19. 17. 8. 3. 6. 9. 11. 12. 13. 55. 47. 52.

---

[1]) Alessandro Olivieri: Indice dei codici greci delle biblioteche Universitaria e Comunale di Bologna. Studi italiani di filologia classica. III. (1895.) 385—395; de nostro codice p. 396—7.; cf. Reinachium: l. l. XLII.

[2]) Victorio Puntoni: Indice dei codici greci della Biblioteca Estense di Modena. (Codices Graeci Mutinenses. Studi italiani di filologia classica, IV. 379—536; de nostro codice p. 419.

[3]) Codices Graeci Mss. Regiae bibliothecae Borbonicae descripti atque illustrati a Salvatore Cyrillo. Neapoli vol. II. (1832.) p. 339.

46. 2. 16. 18. 5. 21. 14. 15. 37. 22. 32. 4. 24. 27. 23. 26. 36. 30. 31. 50. Adhibitus a Bernardakio in s. 2. 21. (vol. I. XIII.).

9. Codices Vindobonenses.

CLXXX. Codex Vindobonensis Philosoph. gr. 129.[1]).

CLXXXI. „ „ „ 148.[2]), a Doehnero, Treuio non recte numero 184. designatus), s. X. vel XI, (non XII., ut Wyttenbachius putavit), Constantinopoli ab Augero Busbeckio emptus c. a. 1562., foliis 259 (sive potius 260) sola „Symposiaca“ Plutarchi (s. 78.) continet. Codex maximi momenti est, quia ex eo reliqui codices Symposiacorum Plutarchi manaverunt; nimirum in codice nostro tribus foliis deletis magna lacuna inter quaestionem 6. et 12. libri IX. occurrit (in ed. Duebneri 904, 32: ἡττώ — 905, 8 ὅρκοις). Quae lacuna iam s. XIV. exstiterat, quoniam altera manus codicis haec adnotavit: λείπει τετράδιον λε′ ζήτει δὲ τὰ λς′ ὄπισθεν περὶ φύλλα. Cum causa illius lacunae in codice Vindobonensi, ut supra dictum est, facile intellegi, in aliis vero codicibus haudquaquam indagari possit, in omnibus codicibus e codice Vindobonensi descriptis eandem lacunam esse conici potest. Praeterea codex noster lacunas inter V. 2. — V. 7. (822, 25 post πρώην — 827, 40 ante ἱστορεῖσθαι), inter VII. 5. — VII. 6. (p. 859, 11. post κηλεῖται — 864, 12: ante ἡ φίλους δεχομένους μετὰ σκιῶν) et post IX., 5. habet.

Quem codicem iam Lambecius maximis laudibus extulit, sed Wyttenbachius annotationibus Aloysii L. Baronis de Locella commotus eum indignum illis laudibus esse censuit. Demum Doehnerus[3]) magnam eius auctoritatem intellexit et codicem Vindobonensem omnium, qui adhuc noti erant, praestantissimum esse censuit dignumque, in cuius codicis fundamento recensio s. 78. construatur, alio autem loco eum omnium, qui nunc exstant, „Symposiacorum“ codicum fontem esse iudicat. Postea magnis laudibus extulerunt codicem Treuius[4]) et Wesselius[5]), qui collationem eius in Bernardakii usum fecit (Cf. eius editionis vol. I. p. XLI—XLVIII.). In praefatione suae editionis enumerat Bernardakius in recensendo nostro codice 1) locos, quibus meliores lectiones quam in aliis codicibus inveniuntur (p. XLII.), 2) lectiones bonas communes cum Palatino 170. saeculi XV.

[1]) Cf. de hoc codice caput IV. nostrae dissertationis.
[2]) Wesselius l. l. 293 sq. [3]) Quaestiones Plutarcheae I. 21. IV. 26.
[4]) Zur Überlief. etc. I. XII. sq. III. 6. [5]) L. l. 293 a.

(p. XLV.), 3) lectiones Palatini solius (p. XLVI.) 4) lectiones communes codicis Vindobonensis et codicis Parisini E (p. XLVI.), 5) lectiones codicis Parisini solius (p. XLVIII.). Quae ad verba rectissime Wilamowitzius adnotavit haec[1]): „si codices illi ex Vindobonensi scripti sunt, omnes lectiones a Bernardakio allatae vanae coniecturae sunt, sin autem rectae lectiones, Wesselius inferior est". Bernardakius defendere se studet declarans ad recensionem capitum, quae in codice Vindobonensi desiderantur, codicem Palatinum n. 170. optimum contextum praebere (vol. IV. p. VIII.), codicem vero ita scriptum esse, ut interdum a librario alius quoque codex adhibitus fuisse possit (vol. IV. p. IX.); quae Wilamowitzius Bernardakio de codice Parisino crimini dedit, eis Bernardakius se non liberavit. Neque solum Wilamowitzius collationem codicis Vindobonensis a Bernardakio adhibitam vituperat: simili modo Vassis in recensione et emendationibus textus apud Bernardakium falsa esse adnotat[2]).

CLXXXII. Vindob. Philosoph. gr. 74. continet 487 foliis 45 Moralia hoc ordine: 22. 23. 24. 25. 26. 27. 1. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 20. 34. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 36. 35. 65. 62. 66. 69. Qui codex in ultimis quindecim scriptis cum ordine codicis Laur. 56, 2 (cf. nr. CVII.) congruit, qui simili modo prima quindecim scripta collocata habet, quam ob rem in illis quindecim Moralibus communem fontem duorum illorum codicum accipere possumus (Treuius: Zur Überlief. III. 6—7.).

CLXXXIII. Vindob. philos. gr. 75., continet primis 163 foliis 21 Moralia: 24. 25. 26. 27. 1. 28. 29. 2. 30. 31. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14 15. 16. 17. Cuius ordinis initium quadamtenus cum ordine priorum Moralium in codice Vindob. phil. gr. 74., sed non plane consentit, nam codex Vindob. 73. habet in initio s. 22. et 23., tum inter s. 31. et 7. haec praeterea inserit scripta: 32. 33. 20. 34. 3. 4. 5. 6. (Treu.: l. l. III. 7.).

CLXXXIV. Vindob. n. 296., 4. (vet. 123.), continet fragmenta „de metro heroico aliisque nonnullis metris heroicis".

CLXXXIV. a), Vindob. phil. gr. 119., (nunc 176), continet 109 folia; in pag. 81—109. legitur Plutarchi liber de musica.

[1]) Hermes. XXV. 203.

[2]) Cf. dissertationem supra laudatam p. 2. adn. 5, i.).

CLXXXIV. b), Vindob. phil. gr. 11., continet excerpta e s. 68.
CLXXXIV. c), „ „ „ 14., „ „ „ 68.

10. Codices Palatini Heidelbergenses.

CLXXXV. Codex Palatinus gr. 153., accuratissime a P. Egenolffio descriptus[1]), s. XII., constat 173 foliis.

Continet codex quinque scripta: 56. 57. (l. I. et II.) 64. 67. 31. Quae scripta duplicem in modum numerata sunt; ac primum quidem significantur litteris ϑ, ι, ια, ιβ, ιγ, ιδ, scriptum 57. ex duabus partibus constans in duos libros dividitur, unde conici potest ante illos libros alia octo scripta fuisse. Praeterea liber secundus scripti 57. significationem λογ. s. 64. λοδ. s. 31. λοζ habent aliorum vero librorum significationes, κ, β, ε, postea sublatae sunt.

Quo codice Hercherus solum in s. 31. usus est (cf. eius praefationem vol. I. p. V.); post Hercherum aliquot lectiones bonas enotavit Crusius (Literarisches Centralblatt 1890. 522.). Bernardakius autem in sua editione ne nominavit quidem in praefatione voluminis primi, quod ei recte Egenolffius et Wilamowitzius vitio dederunt. Collationem vero Hercheri in s. 31. non accuratam fuisse demonstrat Egenolffius, qui novam accuratiorem recensionem codicis ad hunc librum et ad alios dedit; lectiones in s. 31. minoris momenti iudicio Egenolffii sunt, in aliis scriptis multae bonae scripturae animadvertuntur. Nonnulla additamenta dedit Egenolffius postea in Philologo 1901 p. 427. sqq. Codicem nostrum Egenolffius et Bernardakius simillimum codici Athoo 268. (cf. nr. CCXXXIX.) esse suspicantur atque Egenolffius duos illos codices ex uno archetypo ortos esse dicit.

CLXXXVI. Pal. gr. 283., simili modo atque cod. Pal. gr. 153., ab Egenolffio accuratissime describitur[2]). Codex ille s. XII., 207 folia continet. Qui codex minime 27 quaterniones habebat (ut Egenolffius demonstravit) eiusque multa folia in fine amissa sunt. Ex duabus imparibus partibus constat, quarum prior Vitas (f. 1—195^r), altera (f. 195^v—207^v) septem libros Moralium: 44. 45. 46. 47. 55. 48. 50. exhibet. Multas lectiones huius codicis apposuit Egenolffius, sed affinitatem codicis cum aliis libris manuscriptis non affert[3]).

---

[1]) Zu Plutarchs Moralia. Berliner phil. Wochenschrift. 1894. (XIV., 764—8, 797—9, 826—32.

[2]) Handschriftliches zu Plutarchs Moralia. Philologus. 1901. 427—439.

[3]) L. l. 434—9.

11. Codex Lipsiensis.

CLXXXVII. Codex Lipsiensis Tischendorffianus VII., (numero 38. signatus), s. XIV., 33 foliis, sub finem a glutinatore perturbatis, continet praeter Aristidis, Libanii, Nicephori Gregorae scripta, Plutarchi Moralia 3. 10. (fol. 9ᵛ—21ᵛ et 33). Descriptus est primum a Tischendorffio [1]), qui nonnullas lectiones codicis in s. 3. enotavit; mentionem codicis fecerunt R. Volkmannus in „epistula gratulatoria ad R. Hiecke data" (Pyritz 1861.) et Th. Doehnerus [2]). Collationem codicis accuratam dedit Antonius Westermannius [3]). Post Doehnerum magnam auctoritatem codicis ostendit M. Treuius, sed collationem Westermannii nescivit [4]). Treuius s. 3. optime, 10. pessime asservatum esse edocuit (cf. l. l. p. 4.: „libellus... de curiositate (10.) ut emendatior codicis huius opella evadat, adeo pauca proprii boni obfert, ut eum ex eodem libro praestantissimo atque alterum profectum esse vix credam"). Adhibitus primum ab Herchero in s. 3. (cf. eius editionem vol. I. p. V.); Wilamovitzius censet codicem ab Herchero non accurate collatum esse. E. Kurtzius falso dicit codicem a Bernardakio excussum esse. (Berliner phil. Wochenschrift, 1890, 1200; cf. Bernardakium vol. I. p. XXX.).

12. Codices Berolinenses.

CLXXXVIII. Cod. graec. oct. 15., s. XVI., continet Moralium haec: 7. 22. 5. 14.

CLXXXIX. Philippicus 1556., s. XVI., continet 97 foliis Moralia: 11. 56. 57.

CXC. Philippicus 1586., s. XVI., continet vol. I. p. 1—13. nr. 54. (c. 1—13.).

CXCI. Philippicus 1591., s. XV—XVI., continet s. 34. excerptum. (fol. 113. v.).

CXCII. Philippicus 1617., s. XVI., continet s. 10.

---

[1]) Anecdota sacra et profana. Lipsiae 1861. 2. p. 38. sqq.

[2]) Quaestiones Plutarcheae. II. 39. 41.

[3]) Excerptorum ex bibliothecae Paulinae Lipsiensis manu scriptis pars prima. In: „Rector commilitonibus certamen eruditionis propositis praemiis in annum MDCCCLXV. indicit. Lipsiae".

[4]) De Plutarchi libellis qui in codice Tischendorffiano VII. insunt dissertatio. Jauraviae. 1867.

13. Codices Vratislavienses.

CXCIII. Cod. 22., s. XV., habet s. 2. 5. (in volumine tertio fol. 252. v.—282. r.).

CXCIV. Cod. 41., s. XVI., habet s. 66. 68. 55. 46. 47. 43. 44. 48. 53. 56. 57. 41. Qui codices a B. Muellero collati auctoritatis expertes nominati sunt. (l. l. p. 5.).

14. Codices Monacenses.

CXCV. 215., continet s. 39. Secundum Janium apographon est codicis Ven. App. VI. 10. (l. l. XLIX. nr. 69., Reinachius l. l. p. XLV.).

CXCVI. 173., s. XV., continet s. 4. 43.

CXCVII. 318., „ XIII., „ excerpta ex Moralibus.

CXCVIII. 426., „ XVI. „ „ „ „

CXCIX. 429., „ XIV. „ „ „ „

CC. 490., „ XV., „ s. 2.

15. Codices Hispanici.

a) Codices Matritenses Bibliothecae Regiae.

CCI. Codex nr. 60. Codicis Matritensis nr. 60. specimen dedit in indice universitatis Rostochiensis per semestre aestivum a. 1895. (p. 16.) Ericus Bethius [1]). Codex bombycinus s. XIV., 312 foliis constat, folia tamen 152., 175—8., 229—312. papyracea sunt: in fol. 312. v. subscriptum est: Κωνσταντίνου Λασκάρεως κτῆμα ἐν Μηδιολάνῳ ὠνηθὲν καὶ τελεωθέν, folia 168—174. vacua sunt. Continet codex haec 38 Moralia: 1. 10. 7. 3. 19. 17. 8. 14. 15. 2. 4. 5. 6. 9. 11. 12. 13. 16. 18. 20. 21. 22. 23. 27. 28. 29. 30. 31. 34. 35. 39. 38. 40. 36. 32. 52. 57. 56. Quem ordinem ab omnibus codicum ordinibus alienum esse adnotat Bethius. Qui maxima cum diligentia s. 2. (p. 1—17., 20.) cum editione Hercheri contulit.

CCII. Codex nr. 62., scriptus a. 1460., habet s. 59. 60. 54.

b) Codices Escorialenses.

CCIII. Cod. R. I. 5., s. XVI., continet s. 64. exc. 36. 43. 19.

CCIV. Σ. I. 12., s. XV., continet s. 77.

CCV. T. II. 5., „ XVI., „ „ 38. mutilum.

---

[1]) „Interpretationes duae Aristotelis de Athen. Rpb. 20. (de Clisthene) Livi XXVI. 7. cum Polybio IX. 3. 4. comparati, accedit Plutarchi Moralium codicis Matritensis specimen“.

CCVI.	Φ.	II.,	5.,	s.	XVI.,	continet	s. 30.
CCVII.	Φ.	III.,	11.,	„	XIV. et XV.,	„	excerpta ex Plutarcho.
CCVIII.	Υ.	III.,	16.,	„	XV. exeunt.,	„	s. 18.
CCIX.	X.	I.,	13.,	„	XIV.,	„	„ 22. 4 9. 10.

c) Codex Toledensis.

CCX. Codex Toledensis, numero 20. a Ruellio significatus, s. XIV. secundum Haenelium, s. XVI. secundum Ruellium, continet 32 Moralia hoc ordine: 30. 24. 6. 49. 35. 27. 33. 28. 30. 1. 37 36. II. 44. 66. 76. 38. 44. 73. 46. 18. 12. 58. 71. 60. 61 53. 59 61. 62. 65. 63. 74. 32. 25. Ruellius Moralia tralaticio ordine editionum enumerat. Fol. 1. exstat notitia: „λείπ[ουσι] [illegible] (— 47)", erant igitur codicis librario 79 moralia nota. (32 + 47.) (cf. infra in capite secundo). Adhuc non collatus.

16. Codex Bruxellensis.

CCXI. Codex Bruxellensis nr. 11[illegible] [illegible], a [illegible] Parmentierio descriptus in Annalibus [illegible] Bruxellensium [illegible] II [illegible] ille bibliothecae Regiae Bruxellensis s. XV [illegible] continet 203 foliis excerpta ex [illegible] et Moralibus Plutarchi. Moralium [illegible] scriptis: 1. [illegible] 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. [illegible] 19. 20. 21. Parmentierius [illegible] [illegible] 1. 1. p. 46—47. [illegible] habemus [illegible] a 49. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

17. Codices Britannici.

E. Maunde Thompsonius in actis diurnis, quae „The classical review“ inscribuntur (III. London, 1889. p. 442—444.) septem codices Plutarchi, qui in „Museo Britannico“ asservantur, descripsit. Sunt hi:

CCXII. Harleianus Ms. 5692. (apud Thompsonium nr. 139.), Praeter singulas Vitas parallelas continet 346 foliis Moralium haec: 52. 78. 58. 59. 60. 61. 44. 45. 46. 43. Codicem novit Wyttenbachius, quod Thompsonius non animadvertit.

CCXIII. nr. 5612. (apud Thompsonium 142.), s. XV., continet 29 Moralia: 2. 1. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 21. fr. I. fr. II. 4. 3. 18. 19. 20. 56. 57. 65. 64. 67. 31. Secundum hunc codicem a. 1773. Thomasius Tyrwhittius edidit I. et II. fragmentum. Treuius animadvertit ordinem nostri codicis similem esse atque in codice Laur. 56., 4.; praeterea uterque codex fragmenta I. et II. continet, quam ob rem conici potest eos ex eodem fonte fluxisse. Simili modo cod. Laur. 80., 28. fragmentum I. habet, eandem igitur originem ostendit. Ordo codicis illius minime congruit cum ordine codicum Harl. 5612. et Laur. 56., 4.; (Treu. l. l. III. 32—3. Catalogue etc. 280.).

CCXIV. nr. 5660., (apud Th. 143.), s. XV., continet s. 10. 7.

CCXV. „ 5578., „ 144.). „ XV., „ „ 58.

CCXVI. Ms. Burneyanus 276., (apud Th. 145.), s. XV., continet s. 1. 3.

CCXVII. Egerton Ms. 2474., (apud Th. 146.), s. XVII., continet s. 2. mut.

CCXVIII. Add. Ms. 5110., (apud Th. 147.), s. XV., continet: Πλουτάρχου παροιμίαι.

CCXIX. Codex Cantabrigiensis 2601., s. XV., habet s. 78.; sine ulla auctoritate est (Treu. l. l. I. XIII.).

CCXX. Codex Collegii Novi, s. XVI., continet s. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 55. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 16. 20. 21. 69. 36. fr. 64. fr. 28. fr. 35. fr. 52. fr. Notus iam Wyttenbachio, collatus est a Patonio in s. 28. et 69. Patonius affirmat eum ex Ambrosiano C. 195. inf. descriptum esse.

CCXXI. Codex Collegii Novi Oxoniensis, continet s. 77., adhibitus ab Wyttenbachio (cf. Muellerum: l. l. p. 2.).

CCXXII. Cod. Bodleianus Bar. 131., s. XII. ex., continet s. 51. (l. IV.) f. 3976.

CCXXIII. Cod. Bodleianus miscell. 200., s. XVI., continet s. 39. (fol. 65.) cf. Reinachium l. l. XLV.

18. Codices Havnienses.

CCXXIV. Havniensis nr. 415., s. XVI., continet s. 5.
CCXXV. „ „ 1898., „ XV., „ „ 31. fr.

19. Codices Helvetici.

CCXXVI. nr. 51. F. II. 1. b., in bibliotheca universitatis Basileensis, s. XVI., continet s. 69.

CCXXVII. nr. 103. in Bibliotheca Bernensi s. XV., habet s. 7.

CCXXVIII. nr. 113., ibidem asservatus, s. XV—XVI, habet s. 16. 18. 5.

CCXXIX. nr. 117., ibidem asservatus, s. XV., habet s. 19. 20. 65. 64.

20. Codices Lugdunenses. (Batavi).

CCXXX. Cod. Vossianus n. 2., in duobus voluminibus, olim Alexandri Petavii (cf. de eo supra nr. LXXXII), continet s. 51. 56. 57. 59. 68. 31. 28. 4. 8. 18. 29. 61. 62. 7. 9. 11. 17. 15. 10. 22.

CCXXXI. Vossianus n. 16., fol., continet s. 38. fr.

CCXXXII. nr. 57. b. habet s. 2.

CCXXXIII. Voss. nr. 55., habet s. 59. 60.

CCXXXIV. oct. 11., habet proverbia Alexandrinorum.

CCXXXV. fol. 3., habet s. 56.

CCXXXVI. fol. 6., habet excerpta et s. 22.

21. Codices Mosquenses.

CCXXXVII. Codex Mosquensis SS. Synodi, n. 339. (nunc 352.), 256 foliis habet 22 Moralia: 51. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Dielsius (Doxographi Graeci. Berolini 1879. 33. s.) enotat libros secundum tralaticium ordinem editionum, quam ob rem codicem nostrum ordinem corporis Planudei in s. 1—21. praebere eum fugit. A C. F. Matthaeio descriptus, in s. 12. et 21. adhibitus, praeterea in usum Wyttenbachii collatus est. Sed collatio eius nullam auctoritatem habet[1]).

---

[1]) De Mathaei auctoritate cf.: O v. Gerbhardt: Christian Friedrich Matthaei und seine Sammlung griechischer Handschriften. Centrallblatt für Bibliothekswesen.

CCXXXVIII. Codex Mosquensis n. 387., s. XII., eodem ordine atque codex Mosquensis n. 339., 1—21 Moralia excepto s. 51. continet.

22. Codices Athoi.

CCXXXIX. Codex Athous, n. 268., s. XIV., conservatus in Monasterio Dochiario (Μονὴ Δοχειαρίου) [1]. Continet haec octo Moralia: 1. 19. 18. 56. 57. 64. 67. 31.

CCXL. Codex Athous Monasterii Dionysii n. 90., s. XIII. continet praeter excerpta ex Herodoto et Diogene etiam excerpta ex Vitis et Moralibus Plutarchi. Excerpti sunt Moralium libri 58. 59. 27.

Multi igitur sunt codices Plutarchi Moralium ac magnus eorum numerus adhuc nondum collatus est: de collatis vero recte dici potest adhuc ne unum quidem codicem totum accurate excussum esse: sunt tantum collationes aliquot singulorum librorum, quibus niti possumus.

De collatione vero Bernardakii edicit Kurtzius totam eius operam talem esse, ut eius succesor totam rem ab ovo inchoare debeat. Cum codicum numerus tam magnus sit, vix unius hominis opera illae collationes confici possunt. Mea quidem sententia textus ita restituendus est, ut singulae apparatus partes a singulis viris denuo recenseantur atque ita uberrima materia praebeatur.

XV. 1898. p. 345—57., 398—420., 441—482., 537—56.; cf. praecipue p. 398. sqq.

[1]) A Bernardakio (vol. I. p. XLVIII.) nr. 268. significatur, praeterea autem p. XII., XIV. alius codex Athous „nr. 1". ab eo notatur, sed uterque idem est, nam p. XLVIII. de ordine codicis Athoi n. 268. Bernardakius loquitur, quem supra attulit: in superiore tamen parte praefationis suae tantum ordo codicis numero 1. notati allatus est (p. XII.); ergo uterque nr. 1. et nr. 268. notatus idem est. Quod accuratissima descriptione codicis, quam Lampros dedit, evincitur; apud eum enim tantum codex nr. 268. signatus (non nr. 1.!) talem ordinem prae se fert.

II.

De Moralium ordine.

Quod ad ordinem Moralium attinet, pauca tantum adhuc scripta sunt.

Prima 69 Moralia, quae in codicibus traduntur, a Maximo Planude in *corpus Planudeum*, a Treuio hoc nomine significatum, redacta esse constat. Sed quomodo ordo corporis Moralium ortus sit, nobis satis obscurum est, quippe quae res, ut supra diximus, et tractari tantum coepta, neque satis plane cognita sit. Nam primum ex librorum vario ordine tota quaestio clarior videri potest, qua in re multo maior numerus codicum a nobis quam ab aliis adhibitus est. Tum non satis animadverterunt viri docti, quibus ab libris varii codices incipiant, quae res maximi momenti est; tum vel in variis codicibus idem liber nonnunquam repetitur, vel in nonnullis codicibus tantum pars librorum scripta est. Denique nonnulla scripta iam pridem florilegiis, scriptis et historicis et philosophorum et musicorum aliorumque continebantur vel seorsum edebantur.

Quo dilucidior res tota esset, in tabula prima omnes graviores codices eo modo notavi, ut in prima linea ordo codicis E, in sequentibus ordo aliorum codicum apponeretur. Iam B. Muellerus similem tabulam praebuit, quae neque accurata est et multis mendis foedatur; ut exemplum afferamus, falso exscripsit memoriam codicis A, cum traderet eius codicis alium esse ordinem atque codicis E; re vera enim hi codices eundem ordinem habent (cf. supra p. 4). Tum Muellerus in exscribendo ordine aliorum codicum ordinem codicis E non respexit, qua re confusionem quandam suae tabulae attulit. Denique in tabula tantum quinque codices recensuit, cum in nostra tabula plures libri iique maioris momenti enumerentur. Omnium vero codicum ordinem afferre supervacanuum duxi.

Qui ordo in vulgatis editionibus legitur, nobis a codicibus non traditus est, sed ab Henrico Stephano factus est, qui in sua editione Moralium haec adscripsit: „in distribuendis hisce opusculis in tres tomos, argumenti singulorum, non temporis, quo scripta essent, rationem habui. Cum tamen non in tempore, sed iam excusis nonnullis opusculis de hac distributione perspexissem, fieri non potuit, quin alium

quam vellem locum quaedam occuparent[1])". Quem ordinem, etiamsi non rectus est, tamen omnes alii editores, ut Reiskius, Huttenius, Wyttenbachius, Duebnerus, Hercherus, Bernardakius acceperunt, quare Wilamowitzius[2]) a novo editore ordinem corporis Planudei restituendum esse admonet.

Nunc igitur accuratius in ordinem corporis Planudei atque aliorum codicum nobis inquirendum est.

Similem ordinem, atque codex I. (s. 1—69.) habent etiam hi codices: nr. V. (+s. 70—78.) CLVIII., CXXVII., (+s. 78.), LX., (+s. 78.), LXXVII. (+s. 78.), LXXXII. (31—35. et 55—69.).

Quicumque rem totam perspiciet, facile intellegere potest corpus Planudeum ex duobus corpusculis compositum esse, quorum alterum s. 1—21., alterum reliqua s. 22—69. continet, quae res auctoritate nonnullorum codicum confirmatur. Tantum illi priores libri „Ethica" appellari possunt. posterioribus autem temporibus omnia nostri corporis scripta nomine Ethicorum primum in editione Aldina (a. 1509.) perverse appellata sunt. Antea tantum s. 1—21. Ethica a Rhosio, Bessarione et ab aliis nominabantur.

Primam partem corporis Planudei s. 1—21. continentem iam s. XI. confectam esse a Treuio demonstratum est, cuius rationis vestigia in codicibus s. XI. nr. LXII. (s. 3. ~ 4.—7 ~ 8—21. ~ 1. 2.) et nr. IV. (s. 2—19. 21.), sunt. Qua in quaestione non praetermittendi sunt duo codices CCXXXVII. (s. XI. vel XII.), et nr. CCXXXVIII. (s. XII.), omnia haec scripta (1—21.) continentes, quae res adhuc neglecta est (cf. supra p. 31. sq.). Praeterea asservantur „Ethica" in his codicibus: III. (s. XII. s. 1—19. 21.), LXI. (s. XII. s. 1., 3—21.), CXLVII. (s. XII. s. 1—4. 6. 9. 10. 5. 7. 8. 11. 12. 14. 17—19., XCVI. (s. XIV., s. (1) 2—21.), CX., (s. XIV., s. 3—21.), CCXI., (s. XIV. vel XV., s. 1. 4—21.), V., (s. XV., s. 1—21.), LXXX., (s. XV., s. 1—21.), CXVIII., (s. XV., s. 1. 2. 15. 6. 8. 3. 5. 7. 16. 11. 13. 9. 12. 17. 10. 14. 21. 4. 18. 19. 20.), CLXXXII., (1 ~ 3—19. 21., denique in codice CXXXVIII., (s. XIV., s. 1—14. 18.; cf. etiam infra p. 43.).

Sed et illud corpusculum non genuina forma nobis asservatum est, ut iam Treuius animadvertit, qui dixit corpusculo illi s. 20. („aqua an ignis utilior") male adiunctum esse. Neque vidit vir ille

[1]) In versione Latina Moralium vol. III. (1572.) p. 212. s. Cf. Muellerum l. l. 8. 2.), Treuium, Zur Überl. I. XVII. s.

[2]) Hermes XXV. 207. adn.

doctissimus etiam adhuc duos codices asservari, qui s. 20. non habent. Sunt autem codices n. III. s. XII. vel XI. (s. 1—19. 21.) et n. IV. s. XI. (s. 2—19. 21.), qui in prima parte „Ethica“ omisso s. 20 habent, possunt autem apographa genuinae antiquae collectionis Ethicorum nominari, cum vetustissimis adnumerandi sint, in altera vero parte aliam originem habent. Simili modo s. 20. non servat codex nr. LXIV. (s. 1—3. 5. 16. 18. 17. 21. ~ 10—15. 6. ~ 7. 8. ~ 19. 4.).

Duas igitur collectiones „Ethicorum“ (s. 1—21.), alteram genuinam, alteram illo s. 20. interpolatam exstitisse videmus. Quomodo et quando archetypus interpolatus sit, tantum suspicari possumus: collectioni Ethicorum s. 20., quod seorsum aut in aliquo florilegio servabatur, a quodam possessore saeculi XI. (cf. n. LXII. et n. CCXXXVII.) ineptissime adiunctum esse verisimile est. Quam interpolatam collectionem (s. 1—21.) habuit Maximus Planudes atque illam sine ulla mutatione suo corpori adiunxit et auctoritate illius Ethicorum corpusculi tantopere confisus est, ut sine ulla dubitatione acceperit.

Scripta „Ethicorum“ non illo tralaticio ordine asservabantur, quod ex supra allatis ordinibus variorum codicum conspicitur, licet de ordine ipso tantum coniectura proferri possit:

1) Saepius in codicibus s. **3. 7. 10.** (ut in n. XIV., CVIII., CXLV.; ordo: 3. 10. 7.) una traduntur, (cf. etiam vestigia huius ordinis in n. CXLVIII., CLXXXVII. ordo: **3. 10.**), tum in n. CL. CXV. (ordo: **7. 10.**), denique in n. CCXIV. (ordo: **10. 7.**), quia volumen aliquod illa tria scripta continens in manibus eorum, qui legerunt, erat. Monendum est autem quinque codices a s. 3., duos tantum a s. 7., unum a s. 10. incipere. Praeterea scripta haec etiam seorsum tradebantur: s. **3.** in n. XCIV., CLXXIII. (additis duobus s. 57. 56.), s. **7.** in n. CLXIV., CCXXVII., s. **10.** in n. CXCII.

Communis fons huius ordinis (3. 7. 10.) demonstratur etiam eo, quod n. CLXXXVII. et CXCII., quos ipsi inspeximus, in s. 10. communes lectiones habent [cf. c. I. μηχανήσασθαι, editio Bernardakii vol. III., 334, 6: ὥσπερ τὴν πατρίδα τὴν ἐμήν, 334, 7., v. 7. μὲν om., v. 18. ἄλλως γε; p. 335, 13. ἥμενα, 14. τὰ δ' ἀπὸ δειλίας om., 23. τραπόμην etc.]. Non est igitur dubitandum, quin ex tribus illis scriptis chrestomathia facta sit, cuius vestigia in codicibus nostris praesto sunt.

Fieri potuit, ut pari modo etiam aliae chrestomathiae orirentur,

quae sententia itidem ordine codicum adiuvatur. Atque tales chrestomathias etiam

2) e scriptis **1.** et **3.** (De virtute et vitio, de profectibus in virtute) factas esse coniecerimus; cf. n. LIX., CCXVI., praeterea n. CLXXXII., ubi ordo turbatus est.

3) e scriptis **5. 7. 16.** (de inimicorum utilitate, de adulatore et amico, de amicorum multitudine), cf. n. VI. XCVIII. tum vestigia eius chrestomathiae in n. CII., CXLVII., CLXXX. (ordo: 5. 7.), CLXXXVIII. (ordo: 7. 5.), CLX., CLXXV., LIX. (ordo: 5. 16.) servantur.

4) e scriptis **6. 15.** (de audiendis poetis, de audiendo), cf. CXLIV. (ordo: 6. 15.) XCVIII. (ordo: 5. 16.).

5) e scriptis **4. 18.** (de sera numinis vindicta, de fortuna), cf. n. LIX. (ordo: 4. 18.), XCVIII. (ordo: 4. 18.).

6) e scriptis **1. 2.** (de virtute et vitio, de educatione puerorum); cf. codices: XXXIX., LXXXIII., LXXXVI., LXII., XCVIII., CII., CIX., CLXXXIII. Nostra sententia comprobatur etiam eo, quod libri sine s. 1. 2. (cf. n. LXIII. CX.) vel sine s. 1. (cf. n. IV., vel sine s. 2. (cf. n. VII., LIX., LXI., CLXXXII. CCXI.) servantur.

Porro accipi potest nonnulla Ethica etiam seorsum aut in florilegiis cum libris aliorum edita esse, quae ratio praecipue valet de scriptis: **1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 10. 11. 12. 13.** Atque re vera seorsum nobis in codicibus occurrunt:

1) s. **1.** in n. LVI. CXXI.

2) s. **2.** in n. XIX., XXII., XXVIII., XXX., XXXII CXXXI., CC., CCXVII., CCXXXII.

3) s. **3.** in n. XCIV.

4) s. **4.** in n. XXXIV.

5) s. **5.** in n. CLXVI., CLXVII., CCXXIV.

6) s. **6.** in n. CXXII., CLIII.

7) s. **7.** in n. CLXIV., CCXXVII.

8) s. **10.** in n. CXCII.

9) s. **11.** in n. XXXI.

10) s. **12.** in n. XXIX.

11) s. **13.** in n. CCVIII.

Venimus nunc ad alteram corporis Planudei partem tractandam. Affirmaverimus saeculo XII. vel XIII. praeter corpus „Ethicorum“: s. 1—21. alia etiam corpora „Moralium“ fuisse.

a) Ac primum quidem fuerunt codices, qui s. 22. primo loco haberent. Quae sententia eo niti potest, quod codices n. XII., XXVI.; LXXXIII. CLXXXII., CCIX. a scripto 22. incipiunt. Verisimile est corpusculum ilud tria scripta 22. 23. 24. (consolatio ad Apollonium, consolatio ad uxorem, de exilio) continuisse, cuius rei optimum documentum praebent codices: n. CLXXXII., (ordo: 22. 23. 24.), n. II. (ordo: 22. 23.)CCI. (ordo: 22. 23.), XCVII. (ordo: 23. 24.), tum codices, in quibus vestigia veteris illius ordinis servantur: CXXX. (24... 23.), LXXX. (22. 24....23.), XCVIII. (24....22.), CXXIX. (22. 24....23.), CLXXIX. (22. 24.... 23.). Atque res ipsa maxime verisimilis est: nam cum unum corpus s. 1—21. continens in multis apographis seorsum traderetur, aliud corpusculum ab illo s. 22. principium capiebat, cuius rei argumentum habemus in vetustissimo codice, n. IV. (s. XI.), in quo s. 21. praemittitur scripto 22. Comprobatur ratio illa etiam iis codicibus corporis Planudei, in quibus idem ordo apparet cf. n. I., V., LXIV., CLVIII., CXXVII., LX., LXXVII. Quod ita interpretari possumus, ut Maximus Planudes corpori Ethicorum aliud corpusculum, quod a s. 22. incipiebat, adiunxisse putandus sit. Confirmatur id etiam illis codicibus, in quibus vel s. 22. vel s. 23. vel s. 24. turbato ordine una cum aliis scriptis traduntur; cf.:

1) s. **22.** in n. IV., XII., XIII., XXVI., LXII., LXIV., XC., XCI., XCVI., CXIII., CLX., CLXXV., CCIX.

2) s. **23.** in n. III., XLIII., CLXX.

3) s. **24.** in n. CX., CXXXIX. CLXXXIII.

b) Tum erant codices a s. 31. inchoantes, qui varium numerum librorum continebant: cf. n. II. (continet 36 scripta: 26 scripta secundae partis, additis s. 4. 5. et 70—77.) et LXXXII. (continet 38 scripta: 31—53. et 55—69.). Confirmatur id etiam tribus codicibus, ubi s. 31., a corpusculo suo disiunctum, seorsum traditur; cf. n. CLXV., CLXXIV., CCXXV.

c) Deinde aliud corpusculum scripta 40—42. et 44—50. continens iam Wilamowitzius exstitisse affirmavit. Sunt omnia haec scripta epitomae Plutarcheorum librorum ac propterea fieri potuit, ut uno corpusculo servarentur. Quam rem ordine codicum demonstrare possumus, praecipue ordine n. XCV. (s. 44—50.); accedant n. LXII., CVII., II. (ordo 46. 47. 41. 42.... 44. 49. 50.... 40. 45.), LXXX.

(44—48. ~ 40—42. 49—50.. XCVII., (49. 50.) XCVII. 46. ~ 47. ~ 48. ~ 49. ~ 42. 44. 45.), CXXIX., (44—48. 40—42. 49—50.) XC., (44—46.). CLIX., (46. 48. ~ 45.). Conicere igitur possumus olim quoddam corpusculum scriptorum illorum epitomas continens prodiisse; quam coniecturam commendant praeterea codices ab his scriptis incipientes:

α) **44.** n. XCV. CLXXVI.

β) **46.** cf. n. CLIX.

γ) **50.** cf. n. CXXXIV.

Quod corpusculum alia etiam traditione nititur; nimirum in n. XCV. hic ordo legitur: 44. 45. 46. 47. **55.** 48. 49. 50., in n. CLXXXVI. autem hic ordo servatur: 44. 45. 46 57. **55.** 48. 50., cuius rei vestigium in n. III. exstat: 44. 45. 46. 47. **55.**, unde codices illos ex uno fonte fluxisse colligo.

Idem corpusculum nonnulla vestigia excerptorum librorum Plutarchi nobis praebet. Exstiterat autem nostra quidem sententia amplum eius generis corpus, quod ex codicum auctoritate apparet (cf. n. CXCVII. (s. XIII.), LXVII. (s. XIV.), CXCIX. (s. XIV.), CCVII. (s. XIV. et XV.), LXIX. (s. XV.), LXXI. (s. XV.), LXXXIV. (s. XVI.), LXXXV. (s. XVI.), CXCVIII. (s. XVI).

Has insuper chrestomathias fuisse conicimus:

1) Scripta 59. 60. 61. 62. et seorsum tradi poterant, quippe quae similem materiam praeberent, et aliis florilegiis similis generis annectebantur: cf. n. XC. (s. 59. 60. 61.), CVII. (59. 60. 61.), CLXVIII. (59. 60. 61.), CLXXXII. (59. 60. 61.... 62.) CII. (59. I. 60. 59. II.), CXIII. (59. 60.), CLVII. (59. 60.), CLXI. (59. 60.), LXXX. (59—62.), IX. (59—60.), LXII. (60. 59.), CCXXXIII. (59. 60.), CCXXX. (59. 60.), CXI. (59. 60.). Seorsum autem traditur: s. **59.** in n. L., CXII., CLII., s. **60.** in n. LI. (s. XIII.), CLXXII.

2) Scripta 56. et 57. (de fortuna Romanorum, de Alexandri seu virtute seu fortitudine) saepius una coniunguntur; cf. n. XV., LII., CLXXIII., CLXXXV., CLXXXIX., CXCIV., CCI., CCXIII.

3) Scripta 68. 69. 72. (de E apud Delphos, de defectu oraculorum, de Pythiae oraculis) ab initio unum corpus effecerunt, cum communem materiam haberent, postea vero s. 72. a praecedentibus disiunctum alii corpusculo adiunctum est. Scripta 68. 69. leguntur una in his codicibus: II., IV., VI., VIII., LXII., LXXX., LXXXII., XC. Praeterea seorsum traduntur:

α) s. 68. in codicibus XCII., cf. etiam codices CXXIX. et CXCIV., ubi s. 68. sine s. 69. traditur.

β) s. 69. in codice CCXXVI.; cf. etiam codices: LXXXVII., XCVI., CII.. CVII., CXI., CXXXIII., CLXVIII., CLXXXII., CCXX., ubi s. 69. sine s. 68. exstat.

4) Pari modo s. **64.** (bruta oratione uti) et s. **67.** (de sollertia animalium), cum de animalibus tractarent una tradita sunt; cf. codices II., VI., XLV., LXIV., LXXX., XC., XCVI., CXI., CXXXIII., CLXXXV., CCXIII., CCXXXIX.

Sine s. 67. occurrit s. 64. in his codicibus: VII., CLXVIII.; s. 67. seorsum legitur in codice XXXIII., sine s. 64. in codice CIX.

5) Scripta 38. 51. 50. (Platonicae quaestiones, de placitis philosophorum, quaestiones naturales), utpote quae communem materiam praebeant, in codice CLXXI. coniunguntur.

6) Scriptum 42. una cum Timaeo Platonis servatum est; (cf. nr. CXX. et CXXXV., sed seorsum traditur in nr. C., CXL., CXLIX.).

7) Scriptum 57. (de Alexandri sive virtute sive fortitudine libri duo) cum scriptis de Alexandro Magno coniunctum erat, quam rationem n. CXXIII. et CXXV. praestant.

Aliquot vero scripta seorsum tradita esse conicimus eam ob causam, quod in multis codicibus aut seorsum comparent, aut in florilegiis cum aliis similibus scriptis leguntur. Erant autem illa scripta, auctoritatem maiorem quae propter materiam haberent. Pertinent huc:

1) S. 22. (consolatio ad Apollonium); cf. n. XXIV., LXX., LXXVI., CXLIII., CLIV., CLXII., CCXXXVI.

2) S. 29. (de sanitate praecepta); cf. n. LVIII.

3) S. 30. (an seni sit gerenda res publica) in n. CLI.

4) S. 31. (septem sapientium convivium); cf. n. CLXV., CLXXIV., CCXXV.

5) S. 34. (coniungalia praecepta); cf. n. XLVI., LIII., CXCI.

6) S. 38. (Platonicae quaestiones); cf. n. LXVI., CCV., CCXXXI.

7) S. 39. (de musica); cf. n. LXXV. (s. XII.), X., LXVIII., LXXVIII., LXXIX., CIII., CXIX., CXLI., LXXXI., CLXXVI., CLXXVII., CLXXVIII., CI., XXXVII., XXXVIII., CLXIX., CXCV., CCXXIII., CCVI., CLXXXIV. a. Servatur etiam s. 39. in chrestomathiis *a)* una cum s. 42., cf. n. CXX., CXXXIV., *b)* una cum s. 23., cf. n. CLXX.; *c)* una cum s. 77., n. XCVII. Praeterea in

amplioribus codicibus Moralium legitur: cf. n. I., V., LX., LXXVII., LXXX., LXXXII., CXXVII., CXXIX., CXXX., CXXXIV., CCI.

8) De s. 42. cf. supra p. 39.

9) S. 51. (de placitis philosophorum libri V.) servatur seorsum in codicibus CCXXII. (s. XII.), XI. (s. XIII.), LXXII. (s. XIV.), CV. (s. XIV.), CXXXVII. (s. XIV.), XXI. (s. XV.), XXXVI. (s. XV.), XXXV. (s. XVI.). CLXIII.

10) S. 54. legitur seorsum in n. CVI. (s. XIV.). CXLVI. (s. XIV.), XXV., LV., LXXIV., CXIV., CLV., CXC.

11) S. 56. legitur seorsum in n. CCXXXV.

12) S. 57. traditur seorsum in n. LXXXIX., CXXIII., CXXV., CXXXVI.

13) S. 58. in n. CCXV.

14) 15) De s. 59. 60. cf. supra p. 38.

16) S. 67. legitur seorsum in codice XXXIII.

17) 18) De s. 68. 69. cf. supra p. 38. sq.

Exstitisse etiam corpus secundae partis sine s. 54. („vita Homeri"), codicibus LXXXII. II. edocemur, (qui hoc coniunguntur vinculo, ut a s. 31. incipiant), tum n. CXXX., CXCIV., denique iis codicibus, in quibus, s. 55. sqq. sine s. 54. legimus (cf. n. XC., XCV., CLXXXVI., CCXX.). Praeterea in aliquot mutilis codicibus s. 54. non servatur: cf. n. IV., VI., VII., LXII., LXIII., LXIV., CII., CLXVIII., CLXXIX., CLXXXII., CXCIV. Quae ratio vel inde intellegitur, quod s. 54. seorsum saepissime editum est: cf. supra pag. 40.[1]).

Simili modo coniunguntur affinitatis vinculo ei codices, qui fragmenta asservant: cf. n. CIX., CXXXII., CCXIII.

Attingere placet insuper quaestionem quomodo vitae Galbae et Othonis (s. 25. 26.) ordini Moralium implicitae sint. Ac primum quidem conici potest duas illas vitas iam post editionem Vitarum corpori Moralium illatas esse. Haec scripta Michaelis[2]) similiter atque vitas Arati, Artaxerxis et deperditam Herculis a Plutarcho separatim edita esse suspicatur; Mommsenius[3]) vero censet eas corpori, quod vitas Caesarum Romanorum complectebatur, adnumerandas esse, affirmat

---

[1]) S. 54. tantum in his amplioribus codicibus traditur: I., V., LXXX., CXI., CXXVII., CLVIII., CCII. (in septem codicibus),

[2]) De ordine Vitarum parallelarum Plutarchi. Berolini. 1875. p. 8.

[3]) Cornelius Tacitus und Cluvius Rufus. Hermes IV. 298.

autem eas iuvenili aetate a Plutarcho conscriptas esse. Verisimillimam autem opinionem edixisse nobis videtur Wachsmuthius [1], qui vitas illas a Plutarcho non absolutas esse censet, cuius sententiae assentimur, cum affirmamus vitas illas demum post mortem Plutarchi editas esse ac postea, cum iam corpus Vitarum absolutum esset, corpori Moralium adiunctas esse.

Continentur autem vitae illae paucis tantum codicibus corporis Planudei: n. I., V., CLVIII., CXXVII., LX., LXXVII., tum codicibus CX., CXXX., LXXX.

Cum igitur vitae illae in tam parvo numero codicum asserventur, conicere licet eas iam ab initio ipsis Moralibus numquam adnumeratas esse: posterioribus vero temporibus cum varii codices Moralium conscriberentur, sine ulla ratione eas aliquot codicibus Moralium adiunctas esse. Verisimile est codices illos a Planude inventos et corpori Planudeo non recte adiunctos esse. Altera ex parte omnes codices, qui vitas illas continent, arctius inter se cohaerere probabile est. Quae sententia in codicibus corporis Planudei propter ordinem scriptorum ipsa se offert; tum codicem CXXX. numero LXXVII., codicem LXXX. simillimum esse numero LXXVII. affirmat Reinachius contextus collatione nixus.

Postea non solum singula scripta primi (s. 1—21.) et secundi corporis (s. 22—69.), sed etiam duorom illorum corpusculorum per vices in varia volumina coniuncta sunt. Cuius rei luculentissima documenta in variis codicibus nobis occurrunt. Est autem maxima varietas in libris inchoandis et disponendis. Quod ad *initia* pertinet, a 34 scriptis initium ducunt codices nostri praeter haec scripta: 8. 9. 12. 13. 15. 17. 20. 21. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 40. 41. 42. 45. 47. 48. 49. 53. 54. 57. 62. 63. 65. 68 [2]).

[1]) Einleitung in das Studium der alten Geschichte. Leipzig. 1895. p. 217 sqq.

[2]) A 1. scripto incipiunt n. I., III., V., VII., XXXIX., LIX., LX. LXI., LXIV., LXXVII., LXXX., LXXXVI., XCI., XCVI., CXXVII., CXXXII.. CXXXVIII., CXLVII., CLVIII., CLXVIII.. CLXXV., CLXXIX. CCI., CCXI., CCXVI., CCXX., CCXXXVIII., CCXXXIX., (28 codices).

a 2. scripto n.: IV. XIII., XLIII., XLVIII., CLXXX., CXCIII., CCXIII. (7 codices).

In disponendis autem libris species aliquot communes praesto sunt:

1) species continens omnia scripta (s. 1—69.) ordine codicis E (cf. pag. 34).

2) species corporis Planudei sine s. 54. (cf. pag. 40.).

3) species corporis Planudei mutili cum fragmentis (cf. pag. 40.).

4) species corporis Planudei mutili sine s. 25. et 26. (cf. pag. 40.).

5) species variarum collectionum Moralium, in quibus aut

---

a 3. scripto n. XIV., LXIII., CVIII.. CX., CXLV., CXLVIII., CLXXIII., CLXXXVII. (8 codices).
a 4. scripto n. CXCVI. (1 codex).
„ 5. „ „ CII., CLX. (2 codices).
„ 6. „ „ CXLIV. (1 codex).
„ 7. „ „ LXII., CXV., CL., CLXXXVIII. (4 codices).
„ 10. „ „ CCXIV. (1 codex).
„ 11. „ „ XV., LII., CLXXXIX. (3 codices).
„ 14. „ „ XLVII., CXXXIII. (2 codices).
„ 16. „ „ CCXXVIII. (1 codex).
„ 18. „ „ CVII. (1 codex).
„ 19. „ „ CLVI., CCXXX. (2 codices).
„ 22. „ „ XII., XXVI., LXXXIII., CLXXXII., CCIX. (5 codices).
„ 24. „ „ CXXX., CXXXIX., CLXXXIII. (3 codices).
„ 31. „ „ II., LXXXII. (2 codices).
„ 38. „ „ CLXXI. (1 codex).
„ 39. „ „ XCVII., CXX., CLXX. (3 codices).
„ 43. „ „ CXXIX. (1 codex).
„ 44. „ „ XCV., CLXXXVI. (2 codices).
„ 46. „ „ CLIX. (1 codex).
„ 50. „ „ CXXXIV. (1 codex).
„ 51. „ „ CCXXX., CCXXXVII. (2 codices).
„ 52. „ „ XCVIII., CCXII. (2 codices).
„ 55. „ „ XC. (1 codex).
„ 56. „ „ CLXXXV. (1 codex).
„ 58. „ „ XX., CCXV., CCXL. (3 codices).
„ 59. „ „ IX., CXI., CXIII., CLVII., CLXI., CCII., CCXXXIII. (7 codices).
a 60. „ „ VIII. (1 codex).
„ 61. „ „ XCIX. (1 codex).
„ 64. „ „ CCIII. (1 codex).
„ 66. „ „ VI., CXCIV. (2 codices).
„ 67. „ „ XLV., CIX. (2 codices).
„ 69. „ „ LXXXVII. (1 codex).

„Ethica“ (scripta primae partis) aut scripta secundae partis ampliora sunt. In quibus collectionibus variae rationes occurrunt, quae dilucidius in annotatione explanantur[1]).

---

[1]) I. Scripta Ethicorum, quae ampliora numero sunt, cum nonnullis scriptis secundae partis consociantur in his codicibus:

a) 2 (scripta Ethicorum) + 1 (scriptum secundae partis) in codicibus XXVI., LXXXIII.

b) 3 + 1 in c. XII., CLXXXVIII., CCIX., 3 + 2 in c. CXLV.

c) 5 + 1 in c. CXLVIII. *d)* 9 + 3 in c. CLXXV.

e) 10 + 1 in c. XCI., 10 + 9 in c. LXIII.

f) 12 + 2 in c. LIX. *g)* 13 + 8 in c. CLXXXIII *).

h) 15 + 1 in c. CXXXII. *i)* 17 + 8 in c. CLX., 17 + 16. in c. VII. *)

k) 18 + 3 in c. CIX.

l) 19 + 1 in c. CCXI., 19 + 3 in c. IV., CX., 19 + 10 in c. LXIV. *).

m) 20 + 6 in c. III. *), 20 + 16 in c. CLXXIX. *).

n) 21 + 1 in c. CCXXXVII., 21 + 6 in c. CCXIII., 21 + 7 in c. CCXX., 21 + 11 in c. CII. *), 21 + 14 in c. XCVI. *), 21 (22) + 17 in c. LXII. *), CCI. *)

II. Scripta secundae partis, quae ampliora numero sunt, cum nonnullis scriptis Ethicorum copulantur in his codicibus:

a) 1 (scriptum Ethicorum) cum 2 (scriptis secundae partis) in cod. XV., LII., CLXXIII., CLXXXIX.

b) 1 + 3 in c. CCIII. *c)* 3 + 5 in c. CCXXXIX.

d) 1 + 7 in c. CXI. *e)* 5 + 8 in c. CLVII.

f) 7 + 9 in c. CXXXIII. *g)* 6 + 10 in c. VI., 9 + 10 in c. CCXXX.

h) 3 + 17 in c. CVII. *i)* 21 + 23 in c. CLXVIII. *).

k) 20 + 25 in c. CLXXXII. *). *l)* 21 + 30 in c. XCVIII. *).

m) 2 + 34 in c. II. *).

n) 21 + 48 in c. I., V. *), LX., LXXVII., LXXX. *), (in c. LXXX. s. 64. bis traditur) CXXVII., CLVIII. (cf. p. 34.).

III. Ethica et scripta secundae partis eundum numerum scriptorum offerunt in his codicibus:

a) 1 + 1 in c. XIII., XLIII., XLVIII., CXCVI.

b) 2 + 2 in c. CLVI., CCXXIX. *c)* 8 + 8 in c. CLIX.

IV. Tantum „Ethica“ servantur in codicibus hisce:

a) duo scripta in c. XXXIX., LXXXVI., CXV., CXLIV., CL., CLXXXVII., CXCIII., CCXIV., CCXVI.

b) 3 scripta in c. XIV., CVIII, CCXXVIII.

c) 4 scripta in c. XLVII.

d) 15 scripta in c. CXXXVIII. *e)* 16 scripta in c. CXLVII.

f) 20 scripta in c. LXI., CLXXX. *g)* 21 scripta in c. CCXXXVIII.

V. Scripta secundae partis, comparent in his codicibus:

---

*) Codices asterisco notati in tabula prima afferuntur.

Maximi vero momenti sunt:

1) ordo 11. 56. 57. in codicibus XV., LII., CLXXXIX.

2) „ 3. 57. 56. in n. CLXXIII.

3) „ 3. 10. 7. 57. 56. in n. CXLV.

4) „ 19. 20. 65. 64. in n. CLVI. et CCXXIX.

5) coniunctio scripti 22. cum nonnullis Ethicis: *a)* 22. 5. 6. 7. in n. XII., *b)* 2. 22. in n. XIII., *c)* 22. 5. 14. in n. XXVI. CLXXXVII., ubi praecedit s. 7., *d)* 22. 1. 2. in n. LXXXIII.

Saepius codices ita conscribebantur, ut corpori iam concinnato ab initio unum scriptum sive compluria adiungerentur, quam rationem ostendit nobis n. XCVII., ubi s. 39. postea praescriptum esse vidimus. Qua de causa similiter conicimus in his codicibus:

1) VII., CLXXIX., ubi scriptum 1. praemittitur.

2) scriptum 2. praemissum est n. XIII., XLIII., XLVIII.

3) „ 3. n. CLXXIII.

4) „ 7. n. LXII.

5) „ 11. n. XV., LII., CLXXXIX., cf. supra p. 44.

6) „ 22. n. XXI, XXVI.

7) „ 24. n. CXXXIX.

8) „ 31. n. II.

9) „ 39. n. XCVII.

10) „ 67. n. CIX.

Quibus libris nisi conicimus pari modo aliis codicibus aliqua scripta praefixa esse, ut n. XCVIII. Omnia haec scripta, seorsum tradita, postea addita sunt.

Praeterea ex nonnullis codicibus edocemur corpora aliquot Plutarchea fuisse, de quibus pauca dicere possumus. Ac primum quidem ad n. CXVIII. agitur de 60. libro corporis Plutarchi (cf. supra pag. 19.); exstiterat igitur corpus Moralium, quod 60 scripta continebat; gravissimum autem est, quod in codice illo ex aliquo scripto Plutarchi verba adhuc nobis ignota citantur.

---

a) 2 scripta in c. IX., XLV., LXXXVII. XCIX., CXX., CLXX., CCXXXIII.
b) 3 scripta in c. XX., CLXI., CLXXI., CCII., CXL.
c) 4 scripta in c. CXIII. *d)* 5 scripta in c. CLXXXV.
e) 6 scripta in c. CXXXIV. *f)* 7 scripta in c. CLXXXVI., CCXII.
g) 8 scripta in c. XCV., CXXXIX. *h)* 9 scripta in c. IX.
i) 12 scripta in c. CXCIV. *k)* 14 scripta in c. XCVII.
l) 20 scripta in c. XC. *m)* 31 scripta in c. CXXX. *).
n) 33 scripta in n. CXXIX. *). *o)* 38 scripta in n. LXXXII.

Simili modo gravissimi momenti sunt verba in n. CCX. λείπουσι λόγοι μζ', quae Ruellius eo modo interpretari studet, ut corpori ei adnumerandos esse putet libros numeris 57. et 54. significatos, qui non Plutarchei esse putantur, qua re numerum 81 efficere temptat. Nos quidem credimus in illa memoria vestigium veteris codicis delitescere, in quo plures libelli, quam in nostris codicibus, servabantur, qua de re alio loco uberius nobis disserendum erit.

Denique numeris librorum servatis in aliquot codicibus demonstratur eos quoque codices certum aliquem ordinem habuisse.

Corpori Planudeo postea adiunctum est aliud corpusculum s. 70—76. continens, quod solum in codicibus Parisinis B et E asservatur, qua re illud corpusculum antea minus notum fuisse apparet. Tum duo etiam scripta adiuncta sunt, s. 77. et 78., quorum prius et seorsum et una cum aliis [1]) in codicibus servatur; s. 78. vero, ut diximus, optime in n. CLXXXI. traditur, ex quo omnes alii codices fluxerunt.

Quomodo autem totum corpus Maximi Planudis exstiterit, iam ex his, quae supra dicta sunt, apparet: Maximus Planudes, qui totius collectionis auctor fuit, ita eam concinnavit, ut primum corpus Ethicorum (s. 1—21., cf. supra p. 34. sqq.), tum reliqua scripta (s. 22—69.), sicut ei contigerant, in unum redegisse putandus sit. Ac post primam partem collocatum est ab eo corpusculum s. 22. 23. 24. continens, quod meam suspicionem de eiusmodi corpusculo confirmat (pag. 37.); post illam collectionem vitae Galbae et Othonis (s. 25. et 26., cf. pag. 40. sqq.) collocatae sunt. Accurata testimonia de eius opera non traduntur, id quod moleste ferimus; quales codices habuerit, ignotum est. Tantum dici potest ordinem ab eo introductum idonea ratione destitutum esse cum neque ad chronologiam neque ad materiam scriptorum spectaret.

---

[1]) Cf. Muellerum l. l. p. 2 sqq.

Haec omnino de ordine Moralium dici possunt: sunt vero, ut et ipsi concedere cogimur, solae coniecturae, quas probabilibus atque verisimilibus rationibus fulcire studebamus. Res vero difficillima est ad tractandum ac fere dubitamus, an nemo unquam hanc rem plane ad liquidum perducturus sit.

Hac fere ratione, quam supra proposuimus, varius in libris singulis Moralium ordo explicandus est: ex variis sive singulis editionibus sive ex maioribus corpusculis continuo novi codices procreabantur, quam ob rem nunc saepius in eodem codice, plura scripta continente, nonnulla scripta meliorem textum, alia deteriorem praebent, secundum rationem qua ex variis recensionibus et bonis et malis fluxerunt. Quo fit, ut difficillimum sit textum genuinum Moralium denuo restituere.

III.

De codicum generibus.

Codices vero Plutarchi Moralium ad certam rationem in genera quaedam digerere nemo fere adhuc conatus est.

